

ICONES
INSECTORVM

PRAESERTIM

ROSSIAE SIBIRIAEQVE

PECVLIARIVM

QVAE


COLLEGIT ET DESCRIPTIONIBVS

ILLVSTRAVIT

PETRVS SIMON PALLAS

M. D.

ACADEMICVS PETROPOLITANVS.



ERLANGAE

SVMTV WOLFGANGI WALTHERI.

CIↃ IↃ CCLXXXI.

Saltem remoto, des pater, angulo
Horas ſenectae ducere liberas;
Tutumque vulgari tumultu
Eripias, hominumque curis.

GRAY.

ILLVSTRI ATQVE CELEBERRIMO

VIRO

NATVRAE INDAGATORI FELICISSIMO

IGNATIO A BORN

S. R. I. NOBILI ET EQVITI

DOMINO IN ALTZEDLITSCH, LVKAVEZ ETC.

S. CAES. R. MAIESTATIS IN REBVS METALLARIIS ET MONETARIIS CONSILIARIO, ACAD. IMPER. PETROPOL. REG. HOLMIENS. ALIORVMQVE SOCIO

PRIMITIAS ENTOMOLOGIAE

ROSSO - ASIATICAE

IN DEDITISSIMI ANIMI MONIMENTVM

D. D.

PETRVS SIMON PALLAS.

every time it is ufed, as there will be found in general a fediment, which is the refined part of the preparation: it is applied to the fkin in the fame Manner as the TURKISH WASH.

A Bill of Directions accompanies each Article, which, if not figned by J. B. HALL, Clarence Place, Pentonville, London, is Counterfeit.

J. B. Hall

DIRECTIONS FOR PREPARING FOR USE.

THE TURKISH WASH.

TAKE the contents of the Box, and put it into a clean Bottle, with a gill of soft, or rose-water; mix it well, then pour on it about a Pint; let it stand for a Day, taking care to shake it every time before it is used: (it is absolutely necessary to apply Soap previously) then take a close soft Towel, and pour a little TURKISH WASH on it, and wash the Skin, when, after a few repetitions, it will give to the Complexion that delicate fairness which is only to be attained by perseverance in this innocent Article. It will be necessary, after having well wiped the face and arms agreeable to the foregoing Directions, on their becoming dry, to apply the hand or a soft towel, rubbing it gently over the face and neck, when it will leave a perfect evenness on the skin.

VIOLET SOAP.

CLEANLINESS being conducive to health, it is utterly impossible, without the use of Soap, to accomplish that end; and as the inferior kinds of Soap now offered to the Public under the Title of VIOLET SOAP, made up in the same Shape, are a mere Catchpenny, and cause the Skin to chap, and appear red and disagreeable; the Proprietor pledges himself that one Square of his at 2s. 6d. will last a Person, washing once a day, Three Months! and is cheaper in the end than common Soap. For the truth of this assertion, let any Person make the Experiment, for it is well known that a piece of common Soap remaining in Water any length of Time, it will waste six times as much in proportion as the VIOLET SOAP; a convincing proof of the pernicious qualities of Soaps in general use!

DIRECTIONS FOR USING THE CREAM.

THE CREAM of VIOLETS being partly prepared from the foregoing Articles, in a Liquid, is ready for immediate use, taking care to shake the Bottle well

every



PRAEMONENDA.

Illuſtris *quondam* LINNAEVS *nihil magis in votis habuit, quam ut Inſecta Sibiriae innoteſcerent. Et utique nullius, in Orbe arctico noſtro, regionis minus, quam hujus Entoma innotuerunt. Hoc ipſum excitabat me, ut, durante itinere per Imperium Ruſſicum ab Ao.* 1768. *ad* 1774. *continuato, aſſiduam in colligendis iis operam navarem. Neque carui ſucceſſu, quum plurimas ex omni genere novorum Inſectorum Centurias paſſim collegerim, ut e* Fauna Imperii Ruthenici, *propediem typis tradenda, ſatis elucebit.* –

Plura quidem ex his notatu digniora in Appendicibus ad Itinerarii *germanico ſermone editi Volumina deſcripſi; ſed gratius Curioſis me facturum putavi, ſi*

ſelectiorum ſpecierum, quae vel ſingularitate formae ſe commendant, vel ob ſimilitudines aegrius diſtinguuntur, etiam Icones, praeſertim vivis coloribus illuſtratas ederem. Id vero Chalcographorum in urbe, ubi tantiſper vivo, ſubtiliori operi aptorum defectu forte diu differendum fuiſſet, niſi ſua ſolita in me benevolentia chalcographicae rei curam in ſe ſuſcepiſſet Ill. & Celeberrimus SCHREBER, *licet tot aliis laboribus, & illuſtri praeſertim Zoologiae Codice, diſtentus. Qua Ejus amica opera effectum eſt, ut Tabulae jam ante triennium & quod excurrit, a pictore paratae, Inſectis praeſertim Sibiricis commendabiles, nitidiſſime & accuratiſſime in aere expreſſae nunc divulgari queant, tanquam novum* Celeberr. SCHREBERI *erga me amicitiae, & in publicum Studii noſtri incrementum non ſatis celebrandi affectus teſtimonium.*

Prodeunt igitur, ſub auſpiciis exoptatiſſimis, Inſectorum Roſſiae & Sibiriae praeſertim peculiarium Icones primae, quas exquiſitiore arte & coloribus ſuis expreſſas vidit orbis. Quandoquidem vero pleraque horum, ut in frigidioribus locis Naturae lege ſancitum eſt, non bene magna ſtatura gloriantur: ad ornandas tabulas aliqua paſſim Indiae utriusque Inſecta inſerui, quorum figurae nullae bonae extabant; immo ut genera quaedam, hacte-

mus negligenter tradita, v. gr. Bupreſtidum, Tenebrionum, Meloïdum, *illuſtrarem, omnes fere, quas colligere potui, ſpecies eorundem, niſi quae notiſſimae videbantur, adjeci. Eo, & quod mora aliquot annorum in edendis hiſce Tabulis facta eſt, quaedam interim, ſed paucae admodum ſpecies mihi delineatae, in aliis recentiſſimis opuſculis paſſim depictae prodierunt; unde repetitionis vitium, quod alias cave pejus & angue odi, neceſſario committendum fuit invito. Attamen vix in trigeſimum quodque, delineandorum hiſce tabulis Inſectorum, iſta culpa cadet, ſi illa exceperis, quae a peſſimis chalcographis prodiere, & quaſi pro nondum delineatis habenda ſunt.*

Vt curioſis emptio eſſet facilior, placuit non magnis Faſciculis has edere Tabulos, tres circiter in ſingulo, quantoque fieri potuit numero Figurarum confertim obſitas. Dum vero ſic particulatim prodeunt, vereor ne Editores Promptuariorum & Compilatores, quibus, praeſertim in Germania noſtra, miſere hodie abundamus, meliora hinc decerpant, ſuisque inſerant Centonibus, ut emantur ipſi & ſuperfluum emtoribus reddant fontem e quo hauſerant. Fecerunt hoc in multis, fecerunt in Spicilegiis Zoologicis *quorum diſcerpta laceraque fragmenta illico in neſcio quot libros tranſierunt;*

eoque mirum quantum iis, qui nova inventa in Scientia Naturali publicare volunt, nocent & obſtant, deterrendo Bibliopolas, qui ejusmodi operum & tabularum expenſas primas neceſſario detrectant, quum non ſibi ſed aliis lucrum inde eſſe vident. Hos itaque male officioſos laudatores rogaverim, ut ab hiſce ſaltem Tabulis manus abſtineant, ne nos cogant ita lente procedere, ut in Spicilegiis *coactus facio, imo forte coepto abſtinere adigant. Dab.* Petropoli Auguſto menſe Anni MDCCLXXIX.





INSECTORVM
DESCRIPTIONES.

A 1. *LVCANVS?* APTERVS;

Tab. A. Fig. 1: a. b. c.

Subhemisphaericus, ater, opacus; thorace convexo, marginato, elytra breviſſima coalita ſubaequante.

? Scarabaeus radicis Helenii VALISNER. *oper. I. p. 79. tab. 6. fig. 1. 2.*
Scarabaeus cephalotes PALL. *itin. I. append. p. 461. n. 23.* GÖTZE *entom. I. p. 116.*
Lucanus apterus LAXMAN. *Nov. Com. Petrop. Tom. XIV. p. 594. tab. 24. fig. 1.*
Lethrus SCOPOL. *introd. in hiſt. nat. p. 439.*

Occurrit in auſtralis Ruſſiae, Tatariaeque deſertis aridis, paſſim ſub fimo ſicco & circa radices plantarum perennium & ſuffruteſcentium; mihi omnium primo circa Lacum ſalſum Inderienſem lectus, dein ad Volgam verſus Aſtrachaniam. Inſectum, veroſimillime a *Valiſnerio* indicatum, anomalum, inter Lucanos & Scarabaeos Coprideos ambiguum, ſimul affine Tenebrionibus apteris.

DESCRIPTIO.

Specimina a me ipſo lecta, iconum magnitudinem (*fig.* I. *a. b. c.*) referebant; ſed duplo majora e Ruſſia auſtraliore communicavit *cel.* LAXMAN, paremque ex Auſtria miſit *Ill. Eques à* BORN.

Caput magnum, praeſertim maſculis, antice ſubmarginatum, lamella utrinque ante oculos horizontali auriculatum. *Oculi* parvi, prominuli, expanſione ejusdem lamellae transverſim biſecti.

Forcipes exſertae, magnae (foeminis capite minores) triquetrae, hiulcae, obtuſae; *maribus* ſubtus ramo furcatae, qui in majoribus utrinque aequales & in medio fere forcipum oblique deorſum exſerti, ipſaque forcipe majores ſunt; at in minoribus meis exemplis ſaepius dextra maxilla tantum apice ſubbifida, ſiniſtra uſque ad baſin diffiſſa. *Foeminis* forcipes lunatae, interiore acie denticulatae. In utroque ſexu *labium* bilobum ſupra os; *palpi* inter forcipes trium parium, biarticulati, piloſi.

Antennae ſubinfractae, pedunculo brevi, cylindrico, apice pilis ciliato, clava ſolida oblique truncata, umbilicata, intermediis articulis ſeptenis aequalibus.

Thorax convexus, abdomine latior, marginatus, antice profunde exſectus, angulo utrinque prolixo rotundato; poſtice iſthmo, qui ſcutelli locum tenet, ab elytris ſubremotus.

Abdomen, ut in coprideis, breviſſimum inter poſticos pedes & elytrorum marginem vix conſpicuum.

Elytra connata, hemiſphaerico - convexa, lateribus carinata (*fig.* I. *a.*) & abdomen ſubtus includentia. *Alae* nullae.

Pedes magni, piloſi, poſtici ano proximi: antici majores rebuſtiores, in gibbo pectoris poſiti, tibiis apice dilatatis exteriusque dentatis; reliqui tibiis triquetris, piloſis. *Tarſi* omnium piloſi, quadriarticulati; *phalanx* longiuſcula.

Corpus totum duriſſimum, atrum, parum nitidum, glabrum.

Figurae in *Tab. A.* exhibitae utrumque ſexum minoris varietatis referunt, I. *a.* marem a latere inſpectum, ut maxilla dextra uſque ad baſin fiſſa appareat; I. *b.* foeminam & I. *c.* item marem, a dorſo inſpectos.

A 2. *SCARABAEVS* MOERIS;

Tab. A. Fig. 2.

Coprideus ater, galea ſubrotunda, integra, centro ſubcornuta, femoribus ovatis, foveolis thoracis ſcutellaribus, punctoque utrinque impreſſo.

Species nullibi, quod ſciam deſcripta, vel delineata; neque uſpiam, praeter Lacum ſalſum Inderienſem deſerti tatarici, ultra Iaicum fl. lecta.

DESCRIPTIO.

Magnitudo infra Sc. lunarem; forma depreſſiore Sc. ſacro ſimilior. Totus ater, nitidulus.

Galea capitis ſubrotunda, declivis, ſutura inter oculos transverſali angulata, prominentia verticis conica, criſtulaque ante ſuturam in medio diſco obſoletiſſima.

Clypeus convexus, antico margine gibbus, punctatus, marginatus, utrinque puncto impreſſo, foveolaque gemina obſoletiore ad ſuturam elytrorum (quod in pluribus etiam exoticis).

Elytra a dorſo planiuſcula, exterius angulata atque marginata, baſi ſubrugoſa longitudinaliter, obſoletiſſimeque ſtriata.

Subtus caput, pectus, pedesque piloſiſſima. *Femora* depreſſa, ovata; *tibiae* primores quadridentatae, robuſtiſſimae, poſteriores priſmaticae, extus dente unico, terminalibus duobus; ſpina media gemina, poſtice ſolitaria terminatae.

Icon *Tab. A. fig.* 2. naturalem magnitudinem a dorſo inſpecti exhibet.

A 3. *SCARABAEVS* MOPSVS;

Tab. A. Fig. 3.

Coprideus, ater opacus, glaberrimus, galea inermi, ſubemarginata laevigata, tibiis poſticis arcuatis, thorace utrinque foveola obſoleta.

In Dauuria campeſtri & circa Selengam fl. ſub equino ſtercore copioſiſſimus Iunio; aliquoties & in deſerto Cumano, inter Tanain & Volgam lectus fuit, ſed intermedias per regiones nuſquam apparuit, & inter deſcriptas hucusque ſpecies nulli convenire videtur. Licet enim ſpecies apud Cl. *Voet tab.* 26. *f.* 28. nomine Nigritae francofurtani delineata, magnitudine & forma accedat, tamen pedibus longioribus, robuſtioribus, magisque dentatis, aliisque differt noſter, neque cum affini Copride mutica ſecunda SCHAEFER. *inſ. ratisbon. tab.* 3. *fig.* 7. confundendus eſt.

DESCRIPTIO.

Praecedente minor, et multa ſpecimina vix adlegatam SCHAEFERI iconem ſuperant. Totus ater, ſupra opacus, ſubtus nitidus.

Galea inermis, anterius ſemicircularis obſolete emarginata, poſtice circumſcriptione ſubelliptica, ſuturis duabus obliquis, a nucha divergentibus, obſoletiſſimis.

Clypeus laeviſſimus, aequaliter convexus, utrinque foveola impreſſus, elytris latior.

Elytra dorſo planiuſcula, laeviſſima, pone axillas ſinu exciſa, anguſtata, ſupra anum transverſe gibba.

Pedes longiuſculi, intermedii minores; *femora* oblonga, nitida, glabra; *tibiae* anticae triquetrae, ſcabrae, extremo tridentato-palmatae; poſticae elongatae, arcuatae, triquetrae, angulis ſerrulatis, interiore duplicato. Femora & caput ſubtus ſubpubeſcunt.

Icon *Tab. A. fig.* 3. ſpecimen e majoribus exprimit.

A 4. *SCARABAEVS* MENALCAS;

Tab. A. Fig. 4. a. b.

Coprideus, ſericeus viridi-coeruleus, elytris gryſeis, viridi-nervoſis, galea rhombea ſubcornuta, pedibus anticis adactylis.

Scarabaeus humeroſus PALL. *itin. I. app. p. 462. n. 25.* GOETZE *entom. I. p. 70.*

Species inter coprideas elegantiſſima, ſatis frequens in deſerto aridiſſimo ad ſeptentrionem maris Caſpii, circa Volgam & Iaïkum inferiores, ubi ſub recenti praeſertim vaccino ſtercore deliteſcit, ſolitarius. Coerulam varietatem tantum circa lacum ſalſum Inderienſem inveni. Sed pedum proportione ſexum diſtingui credo. Inſectum aſſervatum oleo corroſivo acum & chartam ſubſtratam erodit; ſed carent iſto ichore exempla, quae muria lacus macerata collegi.

DESCRIPTIO.

Magnitudo paulo infra Sc. Moerin. *Galea* niſi magis rhomboïdea, ſutura corniculoque verticis, ut in eodem. *Labium* ſuperius bilamellatum.

Clypeus convexus, utrinque gibbo - dilatatus, puncto verſus laterales margines impreſſo; poſtico margine ſubrepandus, impreſſione gemina lunata in regione ſcutelli.

Elytra integra, gryſeo - luteſcentia, ſutura, margine, nervisque in ſingulo binis atro - coeruleſcentibus. Reliquum corpus totum e viridi vel coeruleſcente (rarius violaceo) ſericeum, nitidiſſimum.

Pedes in pluribus, proportione & forma, ut in Scar. Moeri; femora poſtica anterius dente ſubtus ſpiniformi. — In paucioribus, corpore magis oblongis, forte ſexu diverſis, pedes omnes longiores, & praeſertim antici elongati; iidemque in utroque ſexu tibiis arcuatis, dentatis, ſpina terminatis; ſed deſtituti tarſo & unguibus.

Caput ſubtus, pectus, femoraque antica *pilis* lanuginoſa, tibiae interno margine ſubciliatae; reliqui pedes ſubpiloſi.

Varietatem longicrurem *Fig.* 4. *a.* brevicrurem, frequentiorem 4. *b.* exprimunt.

A 5. *SCARABAEVS* BONASVS;

Tab. A. Fig. 5.

Coprideus, aeneus, galea centro ſubcornuta, poſtice cornibus duobus arcuatis, reclinatis, thorace bituberculato gryſeo-marginato.

Scarabaeus Bonaſus FABRIC. *Entom. p. 23. n. 90.* GOETZE *Entom. I. p. 69.*
Scarabaeus Vacca SCHROETER *Abhandl. I. tab. 3. fig. 5.*

Specimen inter alia Indiae orientalis Inſecta communicavit *Illuſtriſſ. Lib. Baro à* RENGERS. Pro Scarabaeo Vacca LINNAEI perperam a SCHROETERO *l. c. p.* 362. habitus hic fuit, nec iconem citatam hujus prius vidi, quam cum aeri inciſa jam eſſet noſtra.

DESCRIPTIO.

Forma ſimillimus Sc. Tauro europaeo, ſed triplo maior, pauloque latior.

Galea magis ſemicircularis, argute marginata, ſutura diſci ſemicirculari, margini ſubparallela, ambiente centrum conicum ſubcornutum, acutiſſimum. Poſtici galeae anguli producti in cornu utrinque ſubulatum, arcuatum, thoraci adplicatum, quorum interiores acies argutae ſemicirculariter per nucham continuantur.

Clypeus transverſim ovalis, obſoletiſſime didymus, convexus, politus, antice in intervallo cornuum capitis obſolete bituberculatus, punctisque impreſſis ſparſus; utrinque ad caput angulo marginis prominulus, verſusque laterales margines utrinque cicatrice notatus; per ambitum gryſeo - marginatus.

Elytra vix thorace longiora, planiuſcula, obſolete ſeptemſulcata, fuſco gryſeoque nebuloſa, abdomen non totum tegentia, ut in Sc. Tauro.

Pedes, uti thorax ſubtus, pubeſcentes; antici paulo maiores, tibiis obtuſe dentatis.

Corpus fuſco gryſeoque nebuloſum, galea et thorace aeneis. Femora pedum ſubovalia, gryſea, margine, maculaque lanceolata fuſcoaenea.

Figura 5. Inſectum non plane magnitudine exprimit. An Femina, ut in Sc. Tauro noſtrate, cornibus careat? obſervent alii, ne ſpecies, ut in hoc genere ſaepe fit, multiplicentur.

A 6. *SCARABAEVS* GIBBVLVS;

Tab. A. Fig. 6.

Coprideus, ater, galea poſtice biangulata, clypeo trituberculato, elytris gryſeis nigro punctatis.

? Copris obſcure aeneus, capite pone bicorni, thorace antice prominente, elytris rufis, nigro maculatis GEOFFR. *pariſ. I. p.90. ſp.5.*

In deſerto circa Lacum ſalſum Inderienſem aliquoties lecta alias nunquam viſa ſpecies.

DESCRIPTIO.

Magnitudo dupla vel tripla Sc. Tauri, quo paulo oblongior.

Galea ſemiovalis, vertice ſuturis binis transverſim parallelis, argutis, poſtice biangulata.

Clypeus antice trituberculatus, intermedio maximo, didymo, prominentiore. *Punctum* obſoletiſſime impreſſum utrinque verſus marginem lateralem.

Elytra longitudine thoracis, laevia, gryſeo - luteſcentia, atomis ſparſis nigris. Reliqua violaceo - atra; pedesque ut in affinibus. Vide *Fig. 6.*

A 7. *SCARABAEVS* SCRIPTVS;

Tab. A. Fig. 7.

Coprideus niger, galea bidentata, clypei callis laevigatis, elytris ſulcatis, punctis linearibus canis ordine duplici.

? Scarabaeus Koenigii FABRIC. *Entom. p. 29. n. 114.* GOETZE *Entom. I. p. 100.*

Videtur in continenti Indiae orientalis admodum vulgaris eſſe; inter omnia enim Inſectorum Bengalenſium atque Coromandelicorum ſupplementa, quae ab amicis habui, frequens erat, interque tredecim ſpecimina varietatem nullam obſervo. Simillimum legi circa Lacum Inderienſem deſerti tatarici.

DESCRIPTIO.

Forma proxime refert Sc. Mopſum, ſed *magnitudine* parum ſuperat Sc. Taurum.

Galea rhombica transverſim, antice argute crenata, dentibus duobus acutiuſculis: diſco ſcabriuſcula, linea longitudinali duobusque punctis politis.

Clypeus thoracis convexus, ſcaber & gryſeo tomento velut pulveratus, linea longitudinali polita, poſtice foveolam ſcutellarem includente, punctisque utrinque duobus tribusve vel pluribus detritis politiſſimis.

Elytra lateribus ſinuata, ſeptemſulcata, ſulcis punctatis, interjectis porcis convexis, quorum alterni tres ad baſin & pone medium interrupti ſpatio cano - tomentoſo; unde oritur duplex ordo punctorum albicantium linearium, ſex in ſingulo ordine longitudinaliter parallelorum.

Pedes graciles, poſtici multo longiores; primorum tibiae tridentatae.

Abdomen cano pulveratum, utrinque ſub ſinu elytrorum puncto laterali cano - tomentoſo. Caeterum inſectum exſolete nigrum, thorace quibusdam ſubaeneo.

In *Figura* 7. pictor lineolas albas elytrorum paulo anguſtiores exprimere debuiſſet.

A 8. *SCARABAEVS* AMMON;

Tab. A. Fig. 8. A. B.

Stercorarius ater nitidus, capite thoraceque cornutis, maxillis exſertis ſubramoſis.

Scarabaeus polyceros (Foemina) PALL. *itin. I. app. p. 461. n. 22.* GOETZE *Entom. I. p. 116.*
Scarabaeus Ammon PALL. *itin. III. app. p. 707. n. 50.*

Maxime frequens ſpecies in deſerto ſabuloſo Naryn, medio inter Volgam & Iaïcum ſito, ubi Iunio nocturno tempore ad paſcua equorum circa peregrinantium caſtra convolat, ſimumque canalibus perpendicu-

dicularibus profunde in arenam fcaturiginofam defodit, multum egeftans fabuli. Vterque fexus ftridet adtritu abdominis ad clytrorum marginem, ut Sc. ftercorarius. Ad Volgam in arenofis vere nufquam deeft, rarior & velut transfuga ad Iaïcum, & ultra per defertum tataricum.

DESCRIPTIO.

Proxime affinis & affimilis Sc. Typhoeo, fed plerumque duplo triplove major, & rara fpecimina pygmea ifti aequalia. Totus aterrimus, nitidus.

Maxillae in utroque fexu prominentes, apice bifidae, exterius dente infigni adfurgente; quafi affinitate quadam cum Lucanis. *Galea* ante oculum utrinque unidentata.

Clypeus convexus, utrinque ad caput circumfcriptione femicirculari, fulco longitudinali obfoleto & utrinque puncto impreffo verfus marginem; margine fubtus pilis reflexis ciliatus. *Scutellum* infigne cordatum. *Elytra* politiffima, fulcata.

Pedes magni, robuftiffimi: *tibiis* omnibus dentatis, pilofiffimis, pofticis verfus anum remotis, magis quam in Stercorariis reliquis. Haec in utroque fexu.

Mas (*fig.* 8. A.) cornu frontis antrorfum furrecto, thoracis directe protenfo, fubulatis, convergentibus, longiffimis.

Foemina (*fig.* 8. B.) cornu galeae brevi geminato, uno pone alterum; thorace antice fpinis duabus brevibus, latitudine fere capitis inter fe remotis.

Icones perfectiffimam magnitudinem referunt.

A 8. *SCARABAEVS* TENEBRIOIDES;

Tab. A. Fig. 9.

Phytophagus? ovatus piceus, glaber punctato-fcaber, clypeo margine ciliato.

In campis glareofis, aridis, inter Ononem & Argunum fl. Dauuriae, Majo ad primos vernos calores apparet, interdiu humi immobilis.

DESCRIPTIO.

Magnitudo fere Sc. folftitialis, formaque diverfa. *Galea* latior, marginata: *clypeus* ad latera dilatatus, diftinctus marginatus, pilis gryfeis fubtiliffimis ciliatus, praefertim antico pofticoque margine confpicuis. Caeterum niger, minus nitidus, punctis crebris, impreffis, fparfis fcabriufculus. *Elytra* picea, apice rotundata, breviora, ut cauda longius promineat, fed obtufa. *Scutellum* nitidum. *Tibiae* robuftiffimae, anticae tridentatae. *Antennarum* clava minima.

Icon (*Fig.* 9.) folitam magnitudinem ad amuffim refert.

A 10. *SCARABAEVS* PECTINATVS;

Tab. A. Fig. 10:

Silphoides [a]), thorace rugofo, elytrorum porcis fpinulofo - pectinatis, porcis interjectis duplici ferie punctatis.

Trox horridus FABRIC. *Entom. append. p. 818.*

Inter exotica utriusque Indiae Coleoptera ad me miffus eft, ut veram patriam determinare non aufim. FABRICIVS Indicum dixit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo fere Dytifci fcarabaeoidis; *facies* proxime Sc. fabulofi, magisque fimilis Sc. monacho VOET. *coleopt. tab.* 10. *fig.* 13.

Caput planum, intra thoracem femiretractile, fupra in medio criftula transverfa, denticulata, medio interrupta. *Antennarum* articulus bafilaris pilis barbatus.

Thorax gibbus fcaberrimus, poftice erofo - finuatus, porcatus rugis quatuor craffis, longitudinaliter parallelis, quibus interjecti fulci profundi fcabri; lateribus clypeus late marginatus, pilisque brevibus confertim *ciliatus*.

a) *Silphoideos* appello *Scarabaeos*, qui facie, elytrisque tuberculofis Silphas quasdam, praefertim fabulofam, referunt, capti contractis artubus immobiles fiunt, ut Byrrhi, & verofimillime omnes, ut Sc. fabulofus, fub morticiniis vivunt.

Elytra integerrima, fubcoalita, marginata, margo & porci quatuor longitudinales, arguti, fpinulis confertis pectinati, futura vero inermis. Interjecti fulci plani, in fingulo elytro quini, duplici ferie punctorum profunde excavatorum impreffi.

Pedum tibiae prifmaticae, fetulis hifpidae, anticae fubdentatae.

Corpus totum nigrum, fine nitore, fubtus glabrum, planiufculum.

Icon *Fig.* 10. magnitudinem & formam optime illuftrat.

A II. *SCARABAEVS* MORTICINII.

Tab. A. Fig. 11.

Silphoides, clypeo inaequali ciliato, elytris ftriatis, convexe punctatis, hifpidulis.

In aridiffimis Tatariae defertis ad Iaïcum & frequentius ad Irtin, fub cadaveribus aeftivo ardore exficcatis cum Hifteribus & Dermeftibus hofpitatur. Ani ad elytra adtritu ftridet, ut & Sc. fabulofus.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Sc. Fofforis; corpus fine nitore totum nigrum.

Caput fubtus ferrugineo pubefcens, galea marginata, plana, integerrima.

Clypeus latere marginatus, elegantiffimeque gryfeo ciliatus, ut & in commiffura pofteriore; impreffionibus variis inaequalis. *Pectus* pilis gryfeis fparfum.

Elytra integerrima, externo margine ciliata, ftriis decem obfoletis, impreffo - punctatis, interque ftrias quafi imbricata tuberculis laevigatis feu areolis, transverfim interftinctis per impreffiones pilis aliquot gryfeis fparfas. — Specimina ad Irtin lecta inter ftrias areolas glabras, & pilis breviffimis in annulum difpofitis coronatas alternatim continuant; caeterum fimillima.

Pedum priorum femora latiffima, in aciem compreffa, antice ferrugineo villofa; *tibiae* (non omnibus exemplis) valide dentatae: reliquorum pedum prifmaticae, exterius hifpidatae.

OBSERVATIO.

Licet *Sc. ſabuloſo* valde ſimilis ſit haec ſpecies, tamen ipſa forma, circumſcriptione magis oblonga, thorace ciliato, elytris frequentius ſtriatis, nec quadrifariam tuberculatis, eſſentialiter differt. Contra Scar. tuberculatus DEGEER *inſ. IV. p.* 317. *tab.* 19. *fig.* 2. quem Noveboraco Americes habeo, a varietate majuſcula Scar. ſabuloſi, quam in transbaïcalenſibus & auſtralioribus Ruſſiae legi, nullo modo diſtingui poteſt. — Eſt vero diſtinctiſſima, a deſcriptis hiſce, ſpecies, quartaque adeo hujus affinitatis, quam Monachi gryſei nomine pulcre delineavit VOET. *l. c. tab.* 10. *fig.* 93. Specimina hujus, quae ex ora cis-gangetica Indiae ſub oculis habeo, inter ſe conveniunt, capite thoraceque cinereis; galea bituberculata, thorace hiulco pilis breviſſimis ſparſo, poſtice in angulum producto, lateralibus marginibus denticulato; elytrorum tuberculis per novem ſeries digeſtis, perque alternas ſeries majoribus, praeſertim in dorſo prominentiſſimis. Femora antica item lata, in aciem compreſſa, tibiae bidentatae; corpus ſubtus totum cinereum pilis breviſſimis ſparſum.

A 12. *SCARABAEVS* COCCINELLOIDES;

Tab. A. Fig. 12.

Stercorarius, oblongus, muticus, ater: clypei lateribus rufis; elytris rubris, macula orbiculata nigra.

Scarabaeus bimaculatus LAXMANN. *Nov. Com. Petr. Tom. XIV. p.* 593. *tab.* 24. *fig.* 1.

Scarabaeus (bipunctatus) muticus, thorace nigro, rubro marginato, elytris rubris, punctulis duobus nigris magnis LEPECHIN. *itin. ruſſ. Tom. II. p.* 324. *tab.* 10. *fig.* 7.

In auſtralibus Ruſſiae & ad Volgam, ſub fimo equino recenti paſſim occurrit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Scar. Foſſoris, nitidiſſimus, totus laevis, oblongus, convexus. *Clypei* margines laterales & anus coccinea. *Elytra* laeviſſima

rubra, ſingula macula in medio orbiculata nigra, & apice nigro - marginata. *Tibiae* teſtaceae. *Caetera* niger; & icon *Fig.* 12. vix ampliorem deſcriptionem ſibi poſtulat.

A 13. *SCARABAEVS* BIMVCRONATVS;

Tab. A. Fig. 13.

Phytophagus teſtaceus, tibiis anticis majoribus barbatis, clypeo utrinque mucronato, villis fimbriato.

Species haec notatu digniſſima, Sc. longimano proxime affinis, inter Inſecta Amboynenſia mihi adlata, & nulli, quod ſciam, deſcripta fuit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo fere dupla Sc. Eremitae; depreſſus, *habitu* Sc. longimani.

Galea antice producta, marginata, margine rectilineo, lamellis lateralibus oculorum globos maximos, flaveſcentes ſecans. Oris *labium* ſuperius inferiusque pilis ferrugineis penicillata, *antennarum*que infimus articulus piloſus.

Thorax ſupra convexus, punctis impreſſis cicatricoſus, margine utrinque in *mucronem* recurvum eductus, & ante mucronem ſerrulatus, pone eundem exciſus, integer, poſticis angulis acutiſſimis. Subtus thorax ferrugineo villoſus, denſiſſime verſus marginem, ubi villi marginem ſuperminentes quaſi fimbriam efficiunt. Pectus inter pedes item villoſum.

Elytra laevia, planiuſculo - convexa, marginata, integerrima, ſuperficie inſtar corii obſolete cicatricoſa, abdominis apicem non tegentia.

Pedes magni, robuſti, antici majores, femoribus dente acutiſſimo in medio notatis. *Tibiae* arcuatae, triquetrae, interius villis ferrugineis, oppoſite criſpatis, bifariam barbatae; exteriore angulo dentatae, tribus verſus extremitatem dentibus majoribus remotiſſimis; ſuperiore angulo ſpina unica longiore armatae. *Pedes* reliqui ſubpiloſi, poſtici (praeſertim femoribus) robuſtiſſimi.

Color inſecti piceus, elytrorum pedumque teſtaceus purpuraſcens.

Icon *Fig.* 13. naturali magnitudine tantillo minor eſt.

A 14. *SCARABAEVS* OXYPTERVS;

Tab. A. Fig. 14: a. b.

Phytophagus, oblongus auratus lanuginoſus, elytris dehiſcentibus, acutis, gryſeis, ſtriis tomentoſis.

? Scarabaeus Alepenſis parvus, villoſus, vaginis e fuſco aureoque mixtis PETIVER. *gazophyl. tab. 2. fig. 12.*

Scarabaeus oxypterus PALL. *itin. I. app. p. 462. n. 26.* GOETZE *Entom. I. p. 114. n. 230.*

Scarabaeus (acuminatus) muticus, corpore viridi, elytris flavis corpore brevioribus, apice acuminatis LEPECH. *itin. ruſſ. I. p. 508. tab. 16. fig. 9.* GOETZE *Entom. I. p. 96. n. 125.*

Melolontha vittata FABRIC. *Entom. p. 40. ſp. 40.* GOETZE *Entom. I. p. 106. n. 181.*

In maxime auſtralibus ad Iaïcum flores frequentat, neque praeterea ullibi obſervatus fuit. Viget ineunte Iulio. Deſcriptio, quam in Itinerario dedi, e ſpeciminibus in muria lacus Inderienſis lectis, imperfectior nata eſt.

DESCRIPTIO.

Magnitudo media inter Sc. horticolam & ſolſtitialem; *Facies* ſingularis.

Galea aurata, inter oculos anguſtius producta. Antennae clava in utroque ſexu fere aequali.

Thorax oblongus, cum capite ſcutelloque, viridi vel cupreo auratus, undique albido lanuginoſus. *Pectus* aureolum, *abdomen* rufo-teſtaceum, tota vellere denſo albido obducta.

Elytra gryſeo-luteſcentia, viridi nitore inaurata, apice acuto dehiſcentia, abdomine breviora, virgata ſtriis quaternis cano-tomentoſis, in apicem cöeuntibus; verſus baſin evanidis.

Pedum femora cupreo-aureola, tibiae teſtaceae, anticae digitatae; tarſi quatuor poſteriorum elongati.

In *foemina (fig. 14. b.)* lanugo omnis flaveſcit; elytra abdomine breviora, acuta vix in acumen producta. *Mas (fig. 14. a.)* viridior, la-

nugine albida, elytrorum mucronibus productis, in ficcato infecto abdomine longioribus; in recenti fubaequantibus.

NOTA.

Adlegata fynonyma pro fpecimine effe poffunt, quam peffimo exemplo compilatores hodie fpecies multiplicent; cujus innumera documenta adlegari poffent. Quanta farrago fcientiam naturalem opprimet, fi fic pergatur?

A 15. *SCARABAEVS* ALOPECIAS;

Tab. A. Fig. 15. a. b.

Phytophagus, oblongus, villofiffimus, thorace inaurato, elytris obtufis lanuginofis gryfeis, abdomine teftaceo.

? Scarabaeus fyriacus LINN. *muf. regin. p. 24. fyft. XII. p. 553. fp. 56.*

In defertis auftralibus ad Volgam, cum Tulipa Gefneri, paulo ante hujus florefcentiam, copiofiffime apparent foeminae; at mares (minus frequentes) paulo tardius, medio demum Aprili, fimul cum Sc. hirtello. Apparent tunc ubique interdiu vagi, inque floribus Tuliparum quiefcentes & nuptias agentes. Larva verofimillime Tuliparum bulbis victitat.

DESCRIPTIO.

Praecedente, cui habitu & forma oblonga fimilis eft, minor & teretior.

Caput villofum, latiufculum breve: *antennarum* clavae in utroque fexu fubglobofae.

Thorax fubovalis, brevior quam in praecedente, undique villofiffimus, convexus.

Elytra planiufcula, villofo - pubefcentia, abdomine vix breviora, apice obtufo fubdehifcentia, ora nigra marginata in utroque fexu.

Pedes omnibus aenei, hirfuti, primores breves, tibiis dentatis; reliqui longi, tenues, tarfis praefertim elongatis.

Mas (*Fig.* 15. *a.*) capite, thorace, ſcutelloque viridiſſimis, ſericeis; pectore abdomineque nigris; elytris gryſeis, interdum viridi - nitentibus, tenuius & ſtriatim villoſis; lanugine totius corporis albida, ra rius in abdominis circumferentia luteſcente, tenellisque pilis fuſcis ſubinde faſciculatim mixta.

Foeminae (*Fig.* 15. *b.*) caput, thorax, ſcutellum cupreo - aurata, abdomen rufo - teſtaceum, elytra magis luteſcentia, villoſiſſima; vellus totius corporis intenſe fulvum. Corpus huic fere majus.

A 16. *SCARABAEVS* ARCTOS;

Tab. A. Fig. 16.

Phytophagus, oblongus, villoſiſſimus ater, elytris gryſeis, dehiſcentibus, lanuginoſis, ano rubro.

In deſerto auſtrali inter Cumam & Terekum fluvios in floribus abundat initio Maji; ad matutinum praeſertim ſolem obvolitans.

DESCRIPTIO.

Praecedente major, & Sc. oxyptero fere par; oblongus, depreſſiuſculus, totus, praeter elytra, aterrimus & prolixa lanugine hirſutus.

Caput breve, galea quaſi nulla tectum, fere Meloidis, faſciculatim villoſum. *Antennarum* clavae in utroque ſexu globoſae.

Thorax ſubrotundus, politiſſimus; undique villoſus.

Elytra fuſco - gryſea, baſi & per ſtrias longitudinales pallide lanuginoſa, planiuſcula, abdomine ſubbreviora, obtuſo - dehiſcentia.

Abdomen, uti totum inſectum, molliuſculum, apice ſubacuto rubro, in foeminis elytris paulo longius, maſculis plerumque ad apicem utrinque faſciculo villorum ferrugineo diſtinctum.

Pedes longi, graciles, poſtici quatuor praeſertim tarſis maxime elongati.

Icon *Fig.* 16. exprimit marem; ideoque abdomen elytra haud excedens.

A 17.

A 17. *SCARABAEVS* BOMBYLIFORMIS;

Tab. A. Fig. 17.

Phytophagus, oblongus, villofiffimus ater, elytris abdomine brevioribus, tomentofo - fulvis.

Copiofum obfervavi in aridiffimis, praeruptis Montis & Lacus falfi Bogdo, in deferto auftrali ad Volgam, ubi ineunte Majo mane & ad meridianum usque folem flores, praefertim Tragopoginis crocifolii frequentabat, prompte volitans, & facie Bombylii imponens. Eundem vere ex Inderienfi Lacu muriatico lectum accepi.

DESCRIPTIO.

Ita affinis praecedenti, ut diu haefitaverim, an pro diftincto effet habendus. Sed eft multo minor, ano in omnibus concolore nigro, elytris femper abdomine multo brevioribus, & intenfe fulvis, tomento continuo fericeis; caeterum planiufculis & obtufo dehifcentibus, ut & reliqua fimillimus, & pariter, ac praecedens, tenui crufta mollufcus. *Vellus* totius infecti aterrimum, & prolixius denfiusque etiam, ac in priore.

Icon *Fig.* 17. differentias optime exprimit.

A 18. *SCARABAEVS* ALBELLVS;

Tab. A. Fig. 18.

Phytophagus, depreffo - angulatus, niger, thoracis lateribus, maculisque elytrorum anique albatis.

Scarabaeus albellus PALL. *itin. I. app. p. 462. n. 27.* GOETZE *Entom. I. p. 114. n. 231.*
Cetonia variegata FABRIC. *Entom. p. 51. fp. 40.* GOETZE *Entom. I. p. 111. n. 214.*

Hujus fpeciei, nobis rariffimae, aliquot exempla circa Lacum falfum Inderienfem, deferti tatarici, collegi, nec ufquam alibi. FABRICIVS eandem ex India orientali a KOENIGIO habuiffe videtur.

DESCRIPTIO.

Sc. ſtictico fere altero tanto major, eidemque forma & facie ſimillimus, itidemque glaber, ſed minus nitide ater. — *Clypeus* lateribus faſcia alba marginatus. *Elytra* lunulis majuſculis maculata, quarum grandior ad ipſum apicem. *Alvus* ultra elytra nudus albo bimaculatus. Subtus totus immaculatus ater. *Caput* exiguum. Reliqua indicat *Fig.* 18.

A 19. *SCARABAEVS* SVCCINCTVS;

Tab. A. Fig. 19.

Phytophagus, depreſſo - ſubangulatus, flavo - lanuginoſus, elytris nigris, gryſeo bifaſciatis.

Obſervatus in ſola Dauuria, locis nemoroſis, ſubalpinis, ubi Lilia, praeſertim Lil. bulbiferi flores frequentat. Varietatem non eſſe Sc. faſciati, a loco natam, probat hujus in ipſa Dauuria immutati praeſentia.

DESCRIPTIO.

Scar. faſciato ſimilis, at minor, lanugine adhuc largiore veſtitus, flavicante, circa anum, nigra. *Elytra* itidem abdomine breviora, truncata; nigra, nitida, pubeſcentia: faſciis in medio binis parallelis, gryſeis, nequaquam vel vix ſecundum ſuturam confluentibus. Reliqua ex *figura* 19. patent.

A 20. *SCARABAEVS* AVREOLVS;

Tab. A. Fig. 20.

Phytophagus, depreſſo - ſubangulatus, polline aureolus, thorace elytriſque nigro punctatis.

Iunio menſe haec ſpecies, in Rheo compacto florente, per Dauuriam ubique frequens apparet, conſtanter ab affini Sc. farinoſo LINN. ſ. argenteo, punctis diverſus. Rarior ad Ieniſeam.

DESCRIPTIO.

Scar. farinoſo, apud nos in auſtralioribus uſque ad Obum fl. frequenti, ita ſimilis *forma*, ut ovum ovo. *Pedes* poſtici itidem maximi, monodactyli; tibiis craſſioribus, compreſſis, hiſpidis. *Corpus* coloratum polline, ſubtus in omnibus argenteo vireſcente, ſed ſupra plerumque pallide aureo. *Puncta* nuda, picea: thoracis quaterna; in elytris duplici ſerie octona, ſolitariaque verſus apicem. Pedes polline ſparſo micant, nigricantes. — Diu inter flores, pluvioſa praeſertim tempeſtate, verſantibus pollen ſenſim deteritur, et turpis facies.

A 21. *SCARABAEVS* HOLOLEVCVS;

Tab. B. Fig. A 21.

Phytophagus, cylindraceus, antennis heptaphyllis, totus farinoſo - albus immaculatus.

Scarabaeus albus PALL. *itin. II. app. p. 718. n. 41.* GOETZE *Entom. I. p. 114. n. 233.*

In auſtralibus deſertorum ad Iaïcum & Irtin, locis ſabuloſis Elymo obſitis ſub finem Iunii apparet noctivagus; interdiu ſub Elymo arenario quieſcens.

DESCRIPTIO.

Forma omnino Sc. Fullonis & par fere magnitudo. *Galea* labio ſuperiore productior, quam in eodem, ſinu obſoletiſſimo emarginata. *Antennae* maſculis clava maxima, heptaphylla. *Corpus* totum tomento paleaceo candidum; *pectus* vellere cineraſcente - albo. *Tibiae* poſticae villis barbatae. — Reliqua loquitur icon *Tab. B. Fig. A* 21.

A 22. *SCARABAEVS* TESTACEVS;

Tab. B. Fig. A. 22.

Phytophagus, cylindraceus, totus teſtaceo - glaber, commiſſura thoracis pallido villoſa, abdomine glauco.

In ſabuletis Anketeri, inter Cumam & Caucaſum, non infrequens vere.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Sc. Fullonis, ſed oblongior, magisque cylindricus.

Galea ſupra os margine valde reflexa, obtuſe emarginata. *Antennae* clava parva, triphylla, rufeſcente.

Thorax gibbus, aequalis, a corpore diſtinctiſſimus, punctatus, utrinque verſus marginem lateralem cicatrice obſoletiſſima. Margo thoracis anticus ciliis confertis fulveſcentibus fimbriatus, ſubtus elongatis; poſticus ſubſtratus villis longioribus pronis, gryſeo flaveſcentibus.

Elytra abdomine breviora, ſcabriuſcula, obſoletiſſime trinervia. *Pedes* robuſtius dentati, quam in Fullone.

Caput, thorax, pedes picea; elytra & abdomen teſtaceo purpuraſcentia. Abdomen poſtice conico - productum, obtuſum, ut in Fullone, & cum pectore glauco polline obumbratum.

Icon *Tab. B. Fig. A* 22. ſolitam magnitudinem exprimit.

A 23. *SCARABAEVS* HEMISPHAERICVS;

Tab. B. Fig. A 23.

Coprideus, hemiſphaericus, apterus ater opacus; galea inermi, ſemiorbiculata, antice obtuſo bidentata.

Species inſignis, mihi ignotae originis, quam ad exemplum in Muſeo Academiae Petropolitanae aſſervatum delineari feci & deſcripſi; inter Coprides inermes facile e maximis.

DESCRIPTIO.

Moles ſupra Scar. ſacrum; ſed rotundior, aequaliterque & fere hemiſphaerice convexus, ſubtus planiuſculus.

Galea ſemiorbiculata, declivis, medio margine exciſo - bidentata, denticulis diſtinctis rotundatis; ſupra tractus bini obſolete angulati, ab utroque oculo ad verticem ducti, verſus marginem divergentes.

Clypeus magnitudine elytrorum & aequali cum his convexitate, marginatus, laevissimus. *Elytra* connata!

Pedes longiusculi: primores tibia latiuscula, exterius obtuse tridentata; reliqui tibiis triquetro - subquinquangularibus, exteriore margine tridentatis atque denticulatis, reliquis angulis denticulato - scabris. *Femora* crassa, punctis sparsis excavatis.

Insectum totum (*Fig. A* 23.) laeve, aterrimum, sine nitore (ut Sc. sacer). Caput subtus fusco - villosum & commissura anterior thoracis subtus villis ferrugineis ciliata.

A 24. *SCARABAEVS* CRVENTVS;

Tab. B. Fig. A 24.

Phytophagus depresso - angulatus, niger, thorace supra elytrisque disco rubris, punctis elytrorum abdominisque crebris albis.

Inter Insecta Noveboracensia hunc misit *Nobil. DNa. Anna* BLAKBVRN.

DESCRIPTIO.

Magnitudo & *forma* ad amussim Scarabaei stictici. Pectus & femora minus lanuginosa.

Caput nigrum; oculis subtestaceis, galea supra os producta emarginata.

Thoracis clypeus ruber, antice nigro marginatus, lineola alba utrinque secundum marginem lateralem, maculisque duabus nigris disci.

Elytra abdomen non totum tegentia, nigra per ambitum, medio singula disco rubra; *lunulis* transversis albis, una ad mediam suturam, tribus ad marginem lateralem.

Corpus atrum, politum, punctatum: *macula* tomentoso alba utrinque laterum pectoris, sub ipso margine elytrorum. *Puncta* alba abdomiuis in singulo segmento utrinque marginali, & in ultimo duo subtus, unum in ipso apice, & quatuor supra, pone elytrorum margines. Reliqua explicabit Figura.



B 1. *CVRCVLIO* VARICOSVS;

Tab. B. Fig. 1.

Longiroſtris, femoribus dentatis, elytris connatis ſulcatis ſupra ſextuberculatis, poſtice bimucronatis.

Inſectum inter maximos hujus generis referendum, ex America meridionali oriundum; Curculioni vaginali LINN. & ejus iconi ab Ill. DEGEER (*inſ. V. p.* 266. *t.* 15. *f.* 23.) propoſitae, licet ſimillima, tamen adtentius conferentibus ſatis diſtincta ſpecies videbitur.

DESCRIPTIO.

Magnitudo fere Curc. palmarum; totius color ater, nitidus.

Roſtrum thorace longius, teres, extremo depreſſiuſculum, in foſſam ſterni, inter medios pedes, repoſtile. *Antennae* tenues, fractae, clava exigua.

Thorax ſupra politiſſimus, convexus, utrinque gibbus.

Elytra coalita, duriſſima, ſulcis ſingula decem impreſſo-punctatis exarata, axillis conice prominula, verſus apicem gibba, ipſoque in apice ſpina acutiſſima armata. Tubercula dorſalia utriusque ſimul elytri ſex in circulum poſita, prominentiſſima polita, poſtica maxima; poſtice puncta tria prominula in quovis elytro, & porcus ſuturae proximus tuberculis minutis imbricatus.

Pedes robuſti, (antici vix majores) femoribus ſubtus omnes unidentatis, interque dentem & articulum coarctata; *tibiae* apice in ſpinulam terminatae, areolaque ad apicem ferrugineo holoſerica notatae; tarſi ſubtus ferruginei.

Iconem *Fig. B.* 1. a dorſo delineari malui, dum ſic melius coleopterorum circumcaeſuram exprimi autumo, quam a latere, vel oblique inſpectis.

B 2. *CVRCVLIO* RHYNCHOCEROS;

Tab. B. Fig. 2.

Longiroſtris, femoribus dentatis, elytris connatis tuberculatis mucronatis, roſtro baſi bicorni.

Simul cum praecedente mihi adlatus, Americanus; & hic omnino iconem Curc. vaginalis ex *Ill.* DEGEER opere citatam referret, niſi roſtri cornua prominentiſſima diſtinguerent, quorum mentionem nullam fecit DEGEER. Summa tamen ſimilitudo vel omiſſionis vitium ſubeſſe, vel ſexum hiſce cornibus diſtingui, fere ſuadet.

DESCRIPTIO.

Paulo brevior & latior praecedente, minus politus, ater.

Roſtrum infracto - arcuatum, in ipſo arcus angulo utrinque cornutum *ſpina* robuſta, ſubarcuata, patentiſſima: a baſi dorſum roſtri ſubangulatum, in medio obſolete biſulcatum, extremo planiuſculum, latius, ore emarginatum. *Antennae* craſſius clavatae.

Thorax ſupra inaequalis, utrinque gibbus, ſupraque gibbos tuberculo detrito notatus. *Foſſa* ſterni pro recipiendo roſtri apice.

Elytra coalita, humeris angulata, poſtice gibbula, apice brevius bimucronata, foveolis per decem ſulcos digeſtis poſtice exilioribus exarata. *Tubercula* dorſalia in circulum diſpoſita, minora quam in praecedente, octona, quorum poſtica duo duplicata; praeterea minuta duo ſuturalia.

Pedes robuſti; antici gradatim majores; femora dente obſoletiore, minusque conſtricta, quam in praecedente. *Tibiae* ut in praecedente.

Iconem a dorſo inſpecti (*Fig.* 2.) dedi, a latere circumcaeſuram noſtri exempli ad amuſſim refert figura *Degeeriana.*

B 3. *CVRCVLIO* PICEVS;

Tab. B. Fig. 3.

Longiroſtris, totus ater glaber, thorace ovato, elytris abdomine brevioribus, ſubſtriatis.

Curculio piceus PALL. *itin. I. app. p. 464. n. 34.* GOETZE *Entom. I. p. 384. n. 67.*

E muria Lacus Inderienſis frequentem legi, alias per deſerta Tatariae nuſquam.

DESCRIPTIO.

Formae ſimilitudo mira cum Curc. palmarum; at magnitudo vix Curc. ſulciroſtris.

Roſtrum tenue, teres, longitudine thoracis, arcuatum. *Antennarum* clava globoſa, ſubteſtacea.

Thorax ovatus, depreſſiuſculus, circa caput annulo marginatus, totusque punctis minutis, impreſſis ſparſus.

Corpus ſubtus magis gibbum. *Elytra* planiuſcula, abdomine breviora, obtuſa, ſtriis denis tenuiſſime arata & inter ſtrias punctis, uti thorax, impreſſis ſparſa.

Pedes antici majores, robuſtiores, praeſertim femoribus; tibiae omnes ſcabrae, interius pilis ciliatae.

Inſectum (*Fig.* 3.) totum nigrum, parum nitidum, glabrum.

B 4. *CVRCVLIO* ANOMALOCEPS;

Tab. B. Fig. 4.

Breviroſtris, oblongus femoribus dentatis, roſtro tetragono forcipato, antennis moniliformibus.

Curculio diſpar LINN. *muſ. regin. p. 50.* Varietas? FABRIC. *Entom. p. 144. n. 87.* Varietas?

Inſectum forma perquam ſingulare, atque inter Curculiones antennis non fractis, & Ipſides ſeu Attelabos involvulos LINNAEI prorſus ambiguum, immo forſan recte ad hos referendum, licet proxime ſit affine Curc. Anchoragini et affinibus. Specimen inter alia ab *amiciſſ.* DRVRY habui, qui e Rio - Ianëyro Americes accepit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo ſupra Curc. paraplecticum & longior, formaque peculiari.

Caput poſtice ſemigloboſum politiſſimum, uſque fere ad oculos, quaſi decorticatum, ubi annulariter (abrupte velut margine) incraſſatur.

tur. *Roſtrum* breve, tetragonum, terminatum forcipe nuda producta, gracili. *Antennae* non fractae, in medio roſtro poſitae, longitudine totius capitis, moniliformes.

Thorax ovatus, inflatus, vix depreſſus. *Elytra* ſulcis decem profunde ſcrobiculatis arata, apice integra, exteriusque denticulo a ſutura remoto mucronata.

Pedes robuſti, antici majores, femoribus omnes ſubclavatis, ſubtus denticulo verſus apicem ſtrictiorem notatis.

Color inſecti ſine nitore piceus; ſubteſtaceus politus in capite, pedibus, abdomine. *Elytra* lineolis fulvis politis notata, una ſuturae utrinque parallela a baſi ad $\frac{1}{3}$ longitudinis ducta; exteriore altera in medio flexuoſa, ad baſin non perducta, ſed poſteriore; tertia verſus apicem transverſa, arcuata; ultima in mucronem apicis ducta, longitudinali.

Figura 4. deſcriptionem illuſtrabit.

OBSERVATIO.

Tria diſtincta Inſecta habeo, Curc. anchoraginis ſimilitudine, Americanae originis, non Indica:

1. CVRCVL. *anchorago*, deſcriptioni Linnaeanae in *muſ. reg. p.* 52. proxime reſpondens, nitide niger, *capite* elytrorum longitudine, lineola rubra notato, antennis valde incraſſatis; *thorace* elytris paulo breviore, oblongo, in medio non coarctato, per totam fere longitudinem ſulco longitudinali canaliculato; *elytris* obtuſis minus nitidis, laeviſſime ſulcatis, linea longitudinali rufa, ſuturae parallela, varie interrupta. Hunc delineat, ſed noſtro minorem DEGEER *Inſ. V. t.* 15. *f.* 28.

2. CVRCVLIO *haſtile.* Multo longior & tenuior praecedente, craſſitie vix Libellae Puellae, *longitudine* fere ſeſquipollicari, cujus aequas partes efficiunt caput, thorax & elytra. *Roſtrum* tenuiſſimum, extremo ſubarcuatum; *antennae* roſtro multo breviores. *Thorax* medio coarctatus, antice ſubclavatus convexus, poſtica parte craſſiore, ſupra ſulco canaliculata. *Elytra* apice ſubacuminato obtuſiuſculo abdomen excedentia laeviſſime ſulcata, linea integerrima & rectiſſima longitudinali,

fulva, externo margini propiore. *Pedes* minores. Infectum totum aterrimum, magisque politum, quam I.

3. CVRCVLIO *Druryanus*. A C. difpare LINNAEI, quocum apud FABRICIVM confunditur, certe diftinctus, vix dimidia praecedentium longitudine, fed habitiore corporis craffitie ad C. paraplecticum propius accedens. Hic totus aeneus; *thorace* tereti, nullo fulco; *roftro* longitudine thoracis, fummo apice dilatato; *antennis* roftro multo longioribus; *elytris* apice fpinula a futura remota mucronatis, fulcis duobus futurae, uno exteriori margini parallelis, intermedio fpatio laevigato, aliquot maculis flavis notato, quae in figura apud DRVRY *icon. tab.* 42. *fig.* 3. 7. non expreffae funt. Hanc ad C. anchoraginem male citat DEGEER, ad C. difparem FABRICIVS; eft tamen priori fimilior. At C. *anchorago*, inter C. *Druryanum* & C. *haftiformem*, proportione formae, medium locum tenet. Femora in his omnibus *fpinula* notata.

B 5. *CVRCVLIO* INDERIENSIS;

Tab. B. Fig. 5.

Breviroftris, apterus ovatus, opalino - albus, thorace utrinque mucronato, elytris excavato - punctatis.

Curculio inderienfis PALL. *itin. I. app. p. 464. n. 36.* GOETZE *Entom. I. p. 402. n. 35.*

Curculio albicans LEPECH. *itin. ruff. I. p. 508. tab. 16. fig. 5.* GOETZE *Entom. I. p. 399. n. 14.*

Hanc elegantiffimam fpeciem circa Lacum falfum Inderienfem copiofe, fed alibi nunquam, legi.

DESCRIPTIO.

Mole fere minoris fabae, forma Tenebrionum apterorum, brevis, craffus, ovato convexus.

Roftrum craffum, breviffimum, quadratum. *Antennae* fractae, fed articulo infimo perbrevi. *Thorax* punctis prominentiffimis muricatus, utrinque mucrone reclinato, ut in Cerambycibus, armatus.

Elytra coalita, ſulcis profunde impreſſo - punctatis. *Pedes* robuſti, mutici.

Corpus totum albatum, ſubtus roſea & vireſcente reſplendeſcentia varians: abdomen lituris fuſcis duplici ordine; oculi atri.

Fig. 5. naturalem magnitudinem refert, a qua nullum inter numeroſiſſima ſpecimina declinare vidi.

B 6. *CVRCVLIO* NOMAS;

Tab. B. Fig. 6.

Craſſiroſtris, dealbatus, roſtro biporcato, thorace ſcaberrimo, elytris fuſco oblique lituratis.

Curculio major, ſubcinereus, undatus PETIV. *gaz. t. 23. f. 4.?*

Curculio Nomas PALL. *itin. I. app. p. 463. n. 31.* GOETZE *Entom. I. p. 384. n. 66.*

In aridiſſimis deſerti caſpici, maxime circa ſalinas & Lacus ſalſos, non infrequens; deeſt in minus torridis, nec in Sibiria viſus.

DESCRIPTIO.

Habitu C. nebuloſi & ſulciroſtris, ſed major, & inter noſtrates facile maximus, longitudine 10.'''

Roſtrum longitudine thoracis, craſſum, tetraëdrum, albidum, ſupra ſtria duplici prominente, ad frontem adproximata.

Thorax a dorſo caelatura fere ut in Cerambyce ſcaberrimus ſ. tuberculis muricatus, faſcia utrinque longitudinali alba; *foſſa* e regione ſcutelli profunde impreſſa, ſubcordata. *Scutellum* nullum, ſed thorax eo loco angulatus.

Elytra obtuſa, ſtriis e punctis impreſſis compoſitis, verſus baſin punctis prominulis ſcabra, ex albida: umbris 2. obliquis fuſcis. *Alae* luteſcentes.

Corpus ſubtus cano - albidum, lorica abdominis ſingula punctis in transverſa ſerie nitidis atris 4 - 6.

Pedes albati, antici paulo majores, medii minores. Vid. *Fig.* 6.

B 7. *CVRCVLIO* CANDIDATVS;

Tab. B. Fig. 7.

Craſſiroſtris albato nebuloſus, roſtro ſtria triſurca, thoracis dorſo cinereo, linea punctisque duobus niveis.

Curculio candidatus PALL. *itin. I. app. p. 463. n. 32.* GOETZE *Entom. I. p. 402. n. 33.*

In aridis deſerti caſpici paſſim, ſed frequentiſſime circa Lacum ſalſum Inderienſem lectus.

DESCRIPTIO.

Paulo major Curc. ſulciroſtri & craſſior, pulcherrime dealbatus, ſubtus totus pedibusque (quorum antici majores) candido puro colore.

Caput oculis nigris. *Roſtrum* ſupra ſtriis tribus convergentibus, in fronte concurrentibus.

Thorax ſupra lateribusque punctis fuſcis pulveratus, ſtriga media candida & utrinque a dorſo puncto magno candido; dein verſus latera utrinque ſtriga minus diſtincta & puncto laterali. *Scutellum* nullum, ſed angulus thoracis.

Elytra ſtriata, tota quaſi niveo calcareo colore confertim maculata, intervallis macularum cineraſcentibus, ubi ſtriae fuſcae. Id optime expreſſum eſt icone *Fig.* 7.

B 8. *CVRCVLIO* RORIDVS;

Tab. B. Fig. 8.

Craſſiroſtris, apterus, rufeſcente-albus, ſupra lituris punctisque ſubverrucoſis nigris, porco roſtri longitudinali.

In ſalſis torridis deſerti auſtralis ad Volgam, circa Salſolarum & Atriplicum ſuffruticantium radices deliteſcentem inveni hanc ſpeciem, praeſertim Iunio.

DESCRIPTIO.

Magnitudo C. fulciroftris, eodemque craffior & convexior.

Roftrum rufefcente - album, fupra porco obfoleto feu detrito longitudinali nigro. *Antennae* tenues, roftro vix longiores, apice albae. *Caput* fufcum, fed ad thoracem rufo - luteum.

Thorax elytraque ufque ad dimidium punctis verrucofis, fubdetritis fcabra. *Elytra* coalita, lituris albis irrorata, ftriis tenuiffimis, poftice fere tantum confpicuis. *Scutellum* nullum.

Subtus infectum totum, etiam pedes, colore rufefcenti - albo, fugaci, punctis fparfis fufcis. *Pedes* antici robuftiffimi. Vid. *Fig.* 8.

B 9. *CVRCVLIO* CENCHRVS;

Tab. B. Fig. 9.

Craffiroftris dealbatus, thorace elytrisque lituris confluentibus cinereis, nigroque punctatis, roftro uniporcato.

In torridis & fqualidis deferti Volgenfis rarius occurrit.

DESCRIPTIO.

Pulchritudine praecedentes aemulatur, fed multo minor etiam fulciroftri, teretior, fubcylindricus.

Roftrum thorace fere longius, fupra albatum, cofta longitudinali, detrita, nigra. Antennae, pedes & corpus fubtus candidiffima.

Thorax fafciis 2. a dorfo, 2. latioribus laterum fufco - canis, nigro - punctatis, commiffura poftica villis albis ciliata. *Elytra* lituris confluentibus, fufco - canis, nigro punctatis, feu potius maculis in fundo punctato candidis, fparfis. Striae, ob tomentum, vix confpicuae. Puncta nigra ubique fubverrucofa, prominula. *Scutellum* nullum. Vid. *Fig.* 9.

B 10. *CVRCVLIO* TETRAGRAMMVS;

Tab. B. Fig. 10.

Craffiroftris, apterus, cinerafcens, thorace fufco, lineis quatuor lacteis, elytrorum lituris quatuor nigris.

Curculio breviroſtris, thorace ſcabro, elytris nebuloſis, punctis 2. prope apicem nigris, nitidis LEPECHIN. *itin. ruſſ. II. app. p. 329. t. 11. f. 28.*

In ſqualidis aridiſſimis deſerti Volgenſis maxime auſtralis rarius inventus.

DESCRIPTIO.

Eſt e pulcherrimis & majoribus noſtris, magnitudine oblique faſciati.

Caput gryſeo - luteum; *roſtrum* thorace paulo longius, ſupra pallidum, medio porco prominentiſſimo argute carinatum.

Thorax pullus, punctis impreſſis ſparſus, ſtria arguta a dorſo, utrinque verſus latera pictus lineis duabus niveis, longitudinalibus, antice divergentibus, quarum inferior poſtice ad elytrorum axillas tranſit, ubi terminatur.

Elytra circa abdomen connata, poſtice ſummo apice diſtincta, acuta; colore cinerea (ſeu ſupra nigrum quaſi pruinoſa), per ſeries impreſſo punctata: obſoletiſſime notata anterius puncto medii diſci, & verſus apicem litura forma commae, fere longitudinali, atra, hinc inde albo halone cincta.

Reliquum corpus luteſcente - album, atomis fuſcis. *Pedes* albidi, antici paulo majores; femora ſecundi tertiique paris exterius fuſco - bipunctata. Vid. *Fig.* 10.

B 11. *CVRCVLIO* TRIBVLOIDES;

Tab. B. Fig. 11.

Craſſiroſtris, thorace biciſtato - ſcabro, elytris ſpinis conicis axillaribus poſticisque.

Exemplum, quon deſcribo, ab *Amiciſſ.* DRVRY Londinenſi, & is e Rio Ianeyro Americes, accepimus.

DESCRIPTIO.

Magnitudine europaeos omnes ſuperat, & forma craſſiore Tenebriones aemulatur: *habitu* Curc. inderienſis.

Roſtrum breviſſimum, ſubtetraëdrum, extremo incraſſatum, utrinque oblique ſulcatum, punctis per ſeries piliſeris, & circa os piloſum. *Labium* ſuperius triangulare nigrum; ut & oculi. *Antennae* articulo infimo vix elongato.

Thorax ſcaberrimus, angulis prominulis ſubbicriſtatus, utrinque faſcia nigra.

Elytra ſpina conica axillari, tuberculo baſeos a dorſo, alioque in diſco, & pone medium *ſpina* alia conica majore, divergente, obtuſiore. Liturae fuſcae ad ſpinas axillares interius, & faſcia arcuata per ſpinas poſteriores, ad margines laterales non perducta.

Pedes robuſti, antici majores, tibiis arcuatis, apice uncinatis. *Alae* fuſcae.

Color ſupra gryſeo - aureolus, ſubtus viridi argenteus, quo colore etiam femora ultra medium. *Abdomen* ſubtus poſtice fulvo - inauratum. Vid. *Fig.* 11.

B 12. *CVRCVLIO* NIGRIVITTIS;

Tab. B. Fig. 12.

Breviroſtris cylindraceus, dealbatus, capite thoraceque ſubcarinatis, faſcia utrinque longitudinali fuſca.

Frequens in aridis ſqualentibus totius deſerti caſpici.

DESCRIPTIO.

E majoribus noſtris, longitudine ſaepe ad 8.''' ſed teretior congeneribus atque cylindraceus.

Roſtrum thorace brevius, craſſum, teretiuſculum, conico - truncatum, ſupra cum capite album, e convexo - carinatum, *angulo* longitudinali detrito nigro; idem angulus inſtar *ſtriae* argutae in thoracem continuatus, ſenſim evaneſcens; *foveola* verſus ſcutellum impreſſa.

Latera roſtri nigra & ab oculis utrinque *faſcia* nigra per *thoracem* album, convexum, laeviſſimum.

Elytra albata, ſtriis tenuiſſimis, in quibus puncta impreſſa fuſca.

Albedo totius insecti supra rubicundula; subtus flavescens. *Abdominis* singulum segmentum puncto atro. *Femora* supra dorso concoloria. Vid. *Fig.* 22.

B 13. *CVRCVLIO* VIBEX;

Tab. B. Fig. 13.

Brevirostris cylindraceus albissimus, striga utrinque nigra per thoracem elytraque longitudinali.

In arenosis ad Selengam pluries lectus fuit, & nusquam alibi.

DESCRIPTIO.

E minoribus, vix majoris avenae crassitie, longitudine 4.‴ cylindraceus, totus niveo - dealbatus. At latera rostri fusca, & ab oculis utrinque incipit *striga* lata, per thoracem elytraque longitudinalis, rectissima. *Rostrum* longitudine thoracis, teretiusculum, supra stria obsoletissime impressa. *Elytra* punctato - striata, subacuta.

B 14. *CVRCVLIO* GIBBER;

Tab. B. Fig. 14.

Brevirostris, totus coerulescenti - candidus, elytris nervosis, gibbere postico communi.

Cum C. tribuloïde, ex eadem regione Brasiliae, adlatum, misit *Amiciss.* DRVRY.

DESCRIPTIO.

Habitus & proportiones C. argentati, sed magnitudo supra C. fulcirostrem.

Rostrum breve, tetraëdrum, supra sulco arguto aratum. *Antennae* fractae, capite duplo longiores, clava fusca. *Oculi* nigri.

Thorax inaequalis, a dorso obsolete tetraëdrus. *Elytra* ventricosa, trinervia, punctisque impressis per undecim series digestis subsulcata; *axillis* acute prominula & postice gibbere communi, suturali hiulca.

Inse-

Insectum totum furfure laevissimo coerulescenti - candido obductum; *pedes* simul pilis brevissimis crebris hirsuti, antici paulo majores. Vid. *Fig.* 14.

B 15. *CVRCVLIO* CARIOSVS;

Tab. H. Fig. B 15.

Longirostris, femoribus dentatis, corpore nigro, lutescente irrorato, thorace elytrisque maculis exesis albis.

Inter Surinamensia Insecta mihi adlatus fuit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo supra Curc. germanum, cujus formam fere refert.

Rostrum teres, rectiusculum, tenue, longitudine thoracis. *Caput* circa oculos luteo pulvere coloratum.

Thorax lateribus luteo - irroratus, ad dorsum utrinque punctis 2. majoribus, & aliquot minoribus versus latera, exeso - albis.

Elytra integerrima, divisa, versus apicem gibbula, striis punctatis: punctis sparsis luteis, & paucis exeso - albis. Horum quatuor in rhombum posita, subconfluentia, versus basin exteriori margini propiora, & ad ipsum marginem quintum subgemellum, postice ad gibbum apicis unicum, quasi e tribus compositum, cordatum, --- in quolibet elytro.

Pedes robusti, postici majores, omnes femoribus subclavatos, subtus *dente* insigni notatis; *Tibiae* arcuatae. Reliqua docet *Figura* 15.

B 16. *CVRCVLIO* FENESTRATVS;

Tab. H. Fig. B 16.

Crassirostris apterus albatus: elytrorum maculis sex rhombeis fuscis.

In sabulosis ad Selengam aliquoties lecta species.

DESCRIPTIO.

Magnitudo infra Curc. nebulofum LINN.; quoque minora eo pulcriora funt fpecimina.

Roftrum breve, album, angulatum, fupra uniporcatum. *Thorax* area dorfali, & utrinque macula pofterius fufcus, punctisque nigris impreffis fparfus; latere fubtusque albatus.

Elytra connata, ftriis punctatis; bafi fubgryfea, reliquo albopallida, fingula maculis 2. parallelogrammis, oblique parallelis, fufco-nigris feneftrata, tertia litura, verfus apicem, fere longitudinali.

Corpus albatum, nigro-punctatum, ut & pedes. Latera pectoris & fegmentorum abdominalium orae rufefcentes. *Pedes*, praefertim poftici, majufculi. Caeterum vide *Fig.* 16.

B 17. *CVRCVLIO* FLAVICEPS;

Tab. B. Fig. 17.

Craffiroftris, apterus, albatus: capite flavefcente lateribus rufo, thorace elytrisque albo-lineatis, fufco interruptis.

Curculio breviroftris corpore cano, elytris fulcatis, nigro maculatis LEPECHIN. *itin. II. app. p. 327. tab. 11. fig. 27.*

In arenofis ad Selengam & Ononem non infrequens; rarius in Tatariae defertis.

DESCRIPTIO.

Eft e minoribus, citri femen aequans, *forma* circiter praecedentis, breviculus; caeterum e pulcherrimis fui generis.

Caput fupra flavum, fronte excavata; lateribus etiam roftri rufum. *Roftrum* fupra album, bifulcatum, intermedia carina arguta, longitudinali, in frontem lineola nigra excurrente.

Thorax a dorfo lineolis fex albis (quarum mediae anguftiffimae) alternisque fufcis, longitudinalibus; fubtus albus.

Elytra connata, poftice fubacuta, fulcata, alternis fulcorum intervallis, futuraque prominentioribus, totis albis; at harum coftarum intervallis fufco quafi articulatis.

Abdomen album, fascia longitudinali fusca, apicem totum, praeter margines segmentorum rufos, occupante. *Pedes* albi, punctulati, postici majores. Vide *Fig.* 17.

B 18. *CVRCVLIO* PICTVS;

Tab. H. Fig. B 18.

Crassirostris, albatus, thorace fasciis tribus longitudinalibus, elytrorum arcuata, fuscis.

PALL. *itin. I. app. p. 463. n. 33.*

In aridissimis, salsis deserti caspici & circa Lacum Inderiensem, non frequens.

DESCRIPTIO.

Magnitudo C. flavicipitis, sed oblongior, pulcherrimus, totus candidus, alatus.

Rostrum stria elevata longitudinali. *Caput* rufescens. *Thorax* fascia media latescente, & utrinque angustiore, parallelis, fuscis.

Elytra obsoletissime striata, lineola punctisque quatuor ad basin notata; *fascia* medii disci lunata communis, ad suturam subinfracta, cornibus antrorsum protensa fusca. Caetera alba. Vide *Figuram* 18.

B 19. *CVRCVLIO* HOLOLEVCVS;

Tab. H. Fig. B 19.

Crassirostris, subcylindraceus: totus dealbatus immaculatus, oculis atris.

In squalidis deserti caspici, sub Atriplicibus & Salsolis, praesertim in praeruptis salinarum Tschaptschatschi lectus.

DESCRIPTIO.

Magnitudo & *forma* subcylindracea fere ut in Curculione SCHAEFFER *Ratisb. t.* 123. *f.* 4. sed obtusior. *Elytra* etiam, ut in isto, tuber-

culo apicis acuto terminata. *Totus* autem laevis est, uniformiter *dealbatus*, cum tinctura modo flavente, modo fubrutila. *Roſtrum* thorace brevius, fupra ſtria carinata brevi. *Elytrorum* puncta, per feries impreſſa, vix conſpicua. *Pedes* toti albi, inermes; antici paulo majores.

B 20. *CVRCVLIO* TENEBRIODES;

Tab. B. Fig. 20.

Sublongiroſtris, apterus, aterrimus glaber, elytris laevigatis.

? FRISCH *inſ. XIII. p. 28. tab. 26.*

? SCHAEFF. *Ratisb. t. 62. f. 11.*

In deſerti caſpici aridis rarius humi inter Tenebriones apteros occurrit.

DESCRIPTIO.

Demto roſtro, facies & magnitudo Tenebr. Nomadis majoris. *Roſtrum* paulo brevius, quam C. germano, craſſum. *Thorax* lateribus obſolete carinato - convexus, ſupra ad poſticum marginem foveolis tribus obſoletiſſimis, punctisque (ut & caput) adſperſus minutiſſimis, fere oblitteratis. *Antennae* apice, ut & plantae, fuſco gryſea.

Elytra connata, carina laterali, uti thorax, obſoleta convexa, a dorſo nervis binis oblitteratis, interque nervos duplicatis feriebus *foveolarum* obſoletiſſimarum, quae in icone bene exprimi haud potuerunt. In ſingula foveola *punctum* impreſſum vix conſpicuum.

Corpus totum aterrimum, fere ſine nitore, durum, laevigatum. *Pedes* robuſti, mutici.

B 21. *CVRCVLIO* ALBATOR;

Tab. B. Fig. 21.

Craſſiroſtris oblongus alatus niger, elytris nitidis punctatis, poſtice compreſſis pubeſcentibus, faſciis lateralibus niveis.

E Braſiliae Rio Ianeïro acceptum, cum varietate, miſit *Amiciſſ.* DRVRY, Londino.

DESCRIPTIO.

Eſt e majoribus, ſed magnitudo inconſtans. *Roſtrum* fere thoracis longitudine, craſſum, tetraëdrum, ſupra biſulcatum cum ſtria intermedia arguta. *Antennae* tenues, fractae, flagello duplo longiore, & roſtrum cum capite excedente.

Thorax cylindraceus, confertim punctatus, ſubgryſeo pulveratus, *faſcia* in imis lateribus utrinque longitudinali candicante, etiam per latera roſtri & pectoris aliquouſque continuata.

Elytra magna, poſtice compreſſa, dorſoque valde convexo gibba, poſtremo pilis fuſcis pubeſcentia, nitide atra: ſeries punctorum cavorum denae, ſeu potius ſulci obſoletiſſimi, punctis crenati. *Faſcia* in utroque latere marginalis nivea, & *alia* huic non parallela, obliquata, neque baſin nec apicem adtingens, poſterius tamen productior itidemque latior. In *varietate* minori hae duae faſciae ſolae adſunt. At in *majori* quem *Fig.* 21. *Tab. B.* expreſſimus, inter tertiam & quartam a ſutura punctorum ſeriem *ſtriga* inſuper nivea, longitudinalis, interrupta, poſticae faſciae obliquae coadunata.

Pectus albo - nebuloſum & abdomen faſciis duabus longitudinaliter decreſcentibus, albidis. *Pedes* magni, robuſti, velut polline incani, inermes, femoribus ſubclavatis: medii minores.



C 1. *MYLARIS* GIGANTEA;

Tab. C. Fig. 1.

Maxima, picea, elytrorum ſulcis profundis, laevigatis, per paria concurrentibus.

Tenebrio gigas LINN. *ſyſt. XII. p. 674. n. 1. Amoen. acad. VI. p. 396. n. 26.*

Inter Inſecta Surinamenſia ad me delata, neque propter novitatem, ſed ad illuſtrandum & ornandum genus, cujus ſequentes ſpecies erant deſcribendae, in Tabulam addita.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Dytiſci picei, maxima inter congeneres.

Caput productius & anguſtius, quam in Mylaride molendinaria; oculis maximis. *Antennae* depreſſo - moniliformes, extrorſum valde incraſſatae.

Thorax corpore anguſtior, quadratus, ſupra infraque aequaliter convexus, ſubmarginatus, marginibus lateralibus argutioribus, rotundatis.

Elytra latiuſcula, pone acuta, ſulcis novem concavo - laevigatis, per paria concurrentibus. *Alae* luteſcentes, venis teſtaceis. — *Pedes* proportione tenues, minuſculi, femoribus depreſſiuſculis.

Magnitudinem Figura 1. Tabulae C. ad amuſſim exprimit.

C 2. *MYLARIS* GIBBOSA;

Tab. C. Fig. 2.

Subovata tota aenea, elytris gibboſo - convexis, ſtriis tenuiſſimis crenulatis.

Inſectum, cum ſequentibus duobus, ab *Amiciſſ.* DRVRY habeo, qui patriam Braſiliam indicavit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Tenebrionis mortiſagi, magis ovatus quam congeneres reliqui & convexior.

Caput convexiuſculum, ad labium oris quaſi inciſum; *oculis* reniformibus. *Palpi* majores duo clavati. *Antennae* vix thorace longiores, extrorſum valde incraſſatae.

*) Tenebriones alatos plerosque LINNAEI, conſtantibus characteribus diſtinctos & ſatis numeroſos, hic & in Fauna Roſſo - Aſiatica, propediem edenda, proprio ſub nomine *Mylaridum*, genere diſtincto recenſui; ſegregato genere *Scaritum*, tibiis anticis foſſoriis, cet. inſigni, quod jam FABRICIO placuit. Nomen *Mylaridis*, — molendinariae appropriatum, male applicavit Meloïdibus FABRICIVS.

Thorax quadratus, clypeo planiufculo, punctis impreffis obfoletis fparfo, marginato. *Scutellum* femiovatum.

Elytra valde gibbofo - convexa, laeviffima, ftriis novem tenuiffimis, crenulato - punctatis, ad axillas tuberculo prominula. *Alae* magnae fufcae.

Pedes graciles inermes, poftici vix majores, tarfis triarticulatis, reliqui quadriarticulatis.

Color totius politiffime aeneus, fubtus & in pedibus obfcure virefcens elytris fufco - aeneus. Magnitudo & forma optime in icone *Fig*. 2. *Tab. C.*

C 3. *MYLARIS* SPECIOSA;

Tab. C. Fig. 3.

Subovata aenea, elytris politiffimis ftriatis, cupreo, viridique lineatis.

Cum praecedenti fpecie Brafilianae originis. Subfimilis Mylaridi aeneae quam delineauit SCHAEFFER *Ratisb. tab*. 51. *fig*. 3.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Attelabi ceramboidis LINN. (qui vera Mylaris) feu paulo fupra Myl. molendinariam, eaque ovatior & convexior, tota polita, fubtus aenea.

Caput fupra planiufculum. *Palpi* duo majores clavati. *Antennae* dupla fere longitudine thoracis, filiformes, extimis tribus articulis brevibus, craffiufculis.

Clypeus perfecte quadratus, planiufculus, marginatus, cum capite violaceo - aeneus, minusque reliquo politus.

Elytra politiffima, aequaliter convexa, ftriis tenuiffimis, fubpunctatis novem, fafciis fingula quatuor cupreis, interjectisque tribus virefcente - aeneis, fplendida. Margo inferior elytrorum chalybatus. Reliqua ut in praecedente. Vid. *Fig*. 3.

C 4. *MYLARIS* VIOLACEA;

Tab. C. Fig. 4.

Cylindracea ſplendidiſſima, coeruleo - violaceoque varians, addomine poſtice rubro, elytris punctato - ſtriatis.

Braſiliana, cum duabus praecedentibus accepta.

DESCRIPTIO.

Longior, multoque gracilior M. molendinaria, fere cylindrica.

Caput ſubrotundum, oculis magnis reniformibus, & ante oculos nodulo prominulo ſupra antennas, impreſſione transverſa frontis. *Antennae* thorace duplo longiores, vix incraſſatae, filiformes.

Thorax cylindraceus, haud marginatus niſi poſtice. *Scutellum* minutum, triangulare.


Elytra ſemicylindro - convexa; ſtriis impreſſo - punctatis, poſtice per paria concurrentibus.

Pedes, praeſertim medii, longiſſimi, tarſis poſticorum triarticulatis, reliquis quatuor articulorum, licet primorum breviſſimi.

Color totius Inſecti ſplendide violaceo ſericeus, coeruleo, vel in quibusdam viridante varians. *Abdominis* ſegmenta tria ultima coccineo-ruberrima, triangulo fuſco marginali utrinque ad anum. — Formam optime expreſſit *Fig.* 4.

NOTA.

Hi omnes C 2 - 4. a Tenebr. chalybeo LINN. ſ. aeneo DEGEER. ſpecie differunt, ex eadem licet America oriundi.



C 5. *TENEBRIO* AVRITVS;

Tab. C. Fig. 5. a. b.

Thorace marginato antice dilatato, elytris utrinque bicarinatis laeviſſimis muticis.

Ad Lacum Inderienſem lectus, nec alias unquam.

DESCRI-

DESCRIPTIO.

T. Mortisago vulgari major & oblongior, totus ater, ut ille, paulove magis nitidus.

Caput supra os galea usque ad oculos marginata, truncata, antice latiore; labio non distinctus. *Antennarum* articulus secundus tribus sequentibus aequalis.

Thorax dorso planiusculus & utrinque arguto margine, versus caput dilatato quasi alatus.

Elytra oblonga, apice productiuscula, a dorso planiuscula, lateribus carina utrinque argutissima, ceu acie, angulata, infra quam alia minus acuta, nec isti parallela.

Pedes majores, quam in T. mortisago. Duo *Fig.* 5. *a. b.* Insectum a dorso & a latere pingunt.

C 6. *TENEBRIO* PTERYGODES;

Tab. C. Fig. 6.

Thoracis marginibus dilatatis assurgentibus, elytris utrinque carinatis, quadruplici serie elevato - punctatis.

Pimelia reflexa FABRIC. *entom. p.252. n.9.*

Tenebrio vulgaris FORSKAL *anim. p.79. n.9.*

Ex Oriente acceptum communicavit *Celeberr.* BRÜNNICHE *Prof. Hafniensis.*

DESCRIPTIO.

Assimilis forma praecedenti, sed minor, T. mortisago aequalis, similiterque sine nitore ater.

Caput ante oculos galeato - marginatum. *Thorax* antice area lunata declivis, marginibus lateralibus adhuc magis, quam praecedenti, dilatatis, in laminam tenuem, lunatam, subtus transverse striatam, utrinque ad caput angulo productam, postice brevius angulatam.

Elytra utrinque argutissime carinata, carina posterius serrulata; infra carinam lateribus plana; dorso planiuscula, & duobus in singulo

ordinibus punctorum prominulorum feu verrucularum notata; poftice declivi - fubacuta. *Pedes* fere robuftiores, quam in T. mortifago. Vid. *Tab. C. Fig. 6.*

NOTA.

Hifce fpeciebus inter fe & Tenebrioni fpinofo LINN. *muf. reg. p.* 101. admodum adfinibus, fuperaddo fpeciem quondam e Mauritania acceptam, & iisdem forma generali perquam fimilem, cujus, quum fpecimen perierit, iconem addere nequeo.

TENEBRIO *didymus;* thorace late marginato poftice bicorni, elytris angulatis, fupra biconvexis.

DESCR. *Magnitudo* fere T. mortifagi. *Caput* fupra planiufculum, rhomboïdeum. *Thorax* fupra planus, depreffus, marginibus lateralibus dilatatis, argutiffimis, furrectis, poftico angulo utrinque in fpinam retrorfam terminantibus. *Elytra* ovata, cum inclufo abdomine laevia, fupra foffa longitudinali futurali impreffa & biconvexa, utrinque carina ferrulata, lateraliter planiufcula, pone fubacuta. *Anus* fpinam brevem rigidam exferit, ut in pluribus. *Femora* extremo quafi biaurita, lamellis inter quas tibiae inarticulatae. Infectum totum atrum, glabrum, fubtus nitidius.

C 7. *TENEBRIO* SETOSVS;

Tab. C. Fig. 7.

Thoracis margine fcaberrimo pilofo poftice fpinofo, elytris tricarinatis, fetulis fparfis, gryfeis.

Inter Infecta capenfia *mufei* quondam *Breyniani* inventum defcripfi. Non eft Ten. hifpidus FORSKÅL. *anim. p.* 79. *n.* 8.

DESCRIPTIO.

Magnitudo T. mortifagi, fed brevior & craffior. *Thorax* fupra convexus, lanugine rara gryfea, utrinque marginatus lamella diftincta,

ſubtus plana ſupra ſcaberrima, piloſa, & acie fere denticulata, quae poſtice exit in ſpinam ſubulatam.

Elytra gibboſo - convexa, ſingula nervis argute tricarinata, carina extima ſetis crebrioribus ciliata, intervallo nervorum punctis prominulis pilos ſparſos gryſeos ſuſtinentibus. Elytra & thorax in regione ſcutelli *fovea* triangulari ſimul impreſſa.

Corpus ſubtus punctis ſparſis prominulis, ſed depilibus. *Pedes* robuſti ſcabri, pilis brevibus hiſpidi; anticorum tibiae extus carinatae, ſpina terminali mucronata. *Vagina* ani biſpinoſa. Vid. *Fig.* 7.

C 8. *TENEBRIO* NOMAS;

Tab. C. Fig. 8.

Thorace marginato, orbiculato, convexo, elytris ovatis convexis, ſubrugoſo - laevigatis, muticis.

BARREL. *icon. plant. tab.* 945.

Pimelia orbiculata FABRICIVS *entom. p.* 253. *ſp.* 14. GOETZE *entom. p.* 689. *n.* 15.

? Tenebrio laevis FORSKÅL *poſth. zool. p.* 78. *ſp.* 7.

In univerſo deſerto tatarico & in campis aridis Sibiriae auſtralis frequens, tota aeſtate.

DESCRIPTIO.

Magnitudine multum variat; maximi longitudine 7.''' latitudine 3.''' minimi longitudine 4.''' latit. $1\frac{2}{3}$.''' Duriſſimus.

Forma fere oblongior, quam T. mortiſago. *Caput* productius; *antennae* apice tenuiores.

Thorax elytris anguſtior, orbiculatus, antice truncatus minusque marginatus; totus convexus, commiſſura antica ferrugineo anguſtiſſime ciliata. Caput & thorax minus nitida, punctis minutiſſimis, impreſſis.

Elytra ovata, pone ſubacuta, valde convexa, nec quidquam carinata, nitidiuſcula, ſubrugoſo - laevigata.

Infectum fubtus, pedesque, aterrimum nitidum. Variat interdum thoracis foveolis binis impreffis. Alii elytris fere laeviffimis. — Majorum ftaturam exprimit *Figura* noftra 8.

C 9. *TENEBRIO* LONGICORNIS;

Tab. C. Fig. 9.

Thorace marginato, poftice fubanguftato, elytris ftriatis fubrugofis, antennis elongatis.

? Pimelia anguftata FABRIC. *Entom. p. 253. fp. 13.*

In deferto auftrali circa Volgam fub lapidibus & ftercore vaccino ficco frequens vere.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Carabi mediocris, forma fere Dermeftis, fed convexior, & pedes magni.

Caput antice truncatum, margine fupra labium, ipfoque labio ferrugineo - ciliatis. *Palpi* duo majufculi, articulo terminali triangulari clavati. *Antennae* longitudine elytrorum, filiformes, articulo terminali ovato.

Thorax convexus, marginatus laevis, antice pofticeque truncatus & poftice paulo anguftatus.

Elytra latitudine thoracis, valde convexa, ftriis tenuiffimis, obfoletis, interque ftrias impreffionibus transverfis obfolete rugofa.

Corpus minus durum atrum opacum; fubtus nitidius. *Pedes* politi, aterrimi, punctis impreffis adfperfi, poftici majores. Tarfi quatuor priorum in altero fexu articulis prioribus latiufculis, omnibus fubtus gryfei. Vid. *Fig.* 9.

C 10. *TENEBRIO* HYPOLITHVS;

Tab. C. Fig. 10.

Ovalis, convexus laeviffimus, thorace utrinque truncato, marginato elytrorum latitudine, elytris latere carinatis.

Tenebrio nigra, tota laevis, coleoptris pone rotundatis GEOFFR. *parif. I. p. 351. fp. 8.*
? Tenebrio latipes LINN. *fyft. XII. p. 678. fp. 30.*
? Pimelia glabra FABRIC. *Entom. p. 253. fp. 12.*
? Hiftrio vafer VOET. *colept. I. t. 32. fig. V.*

Frequens ad Volgam, in arenofis aridis, fub faxis latens, vel riparum praeruptarum in fiffuris; major in auftralioribus. In Sibiria deeft.

DESCRIPTIO.

Maximorum longitudo 7.''' latitudo $3\frac{3}{5}$.''' minores $4\frac{1}{2}$.''' ad $2\frac{3}{4}$''' Ater, duriffimus.

Forma perfecte ovalis, convexitate dimidiatae glandis. *Antennae* apice tenuiores.

Thorax lateribus verfus caput rotundatis, marginatis; poftice latitudine elytrorum.

Elytra laeviffima, carina laterali arguta, integerrima, margini thoracis continuata.

Superficies fupra tota punctis minutiffimis impreffis fparfa, fubtus nitidior, fcabriufcula.

Pedes fatis robufti; *Tibiae* anticae extremo latae, integerrimae, angulo externo obtufo, interno breviffimo, bifpinofo; relinquae fcaberrimae.

In minore varietate elytra obfoletiffime ftriata, ftriis undulatis, thorax minus marginatus. In *altero fexu* tarfi primi & fecundi paris articulis 2. intermediis latis, cordatis; fubtus ferruginei.

Icon noftra *Fig.* 10. majorem auftralem varietatem imitatur.

C 11. *TENEBRIO* GLANDIFORMIS;

Tab. C. Fig. 11. a. b.

Ovatus, convexo - gibbus, laeviffimus, thorace lateribus fubcarinato, elytris marginatis, poftice rufo - lineatis.

Tenebrio gibbus DEGEER *inf. tom. V. p. 51. t. 13. f. 8.*
Pimelia ftriata FABRIC. *Entom. p. 251. fp. 1.* GOETZE *Ent. p. 688. fp. 6*

Nunquam ex Indiis adlatum vidi, quam patriam adſignauit FABRICIVS; ſed frequentiſſime adfertur inter Inſecta Capenſia, unde in Promontorio auſtrali Africes vulgaris eſſe videtur. LINNAEVM ſub *Ten. gibbi* nomine hunc vel ſequentem intellexiſſe vix eſt dubium, licet ſynonymum *Carabi cephalotis* iſtum male fecerit FABRICIVS, & Europae communem perhibuerit LINNAEVS. Sed alienus ab his certe Ten. ventricoſus SCOPOL. *carn.* 253. quem eodem inſeruit GOETZE *Ent. p.* 675. *n.* 18.

DESCRIPTIO.

Mortiſago major, corpore glandem majorem aequans; totus piceo ater, nitidulus glaberrimus, duriſſimus.

Caput retuſum, galea ſupra labium ſubmarginata. *Palpi*, ut & antennae filiformes, vix extimo articulo craſſiore.

Thorax laterali carina utrinque ſcabra; a dorſo fere hemiſphaerico - convexus, laeviſſimus; poſtico margine ſemicircularis, ſubmarginatus.

Elytra laevigata, oviformi gibba, argutiſſima utrinque carina, ſecundum oram inferam planam, marginata, poſtice productiuſcula. — In plerisque ſtriae circiter octonae, rufo-teſtaceae, per totam longitudinem vel tantum poſtice per ambo elytra longitudinales (*Fig.* 11. *a.*) Eaedem aliis plerumque minoribus, caeteroquin vix diverſis, deſunt (*Fig.* 11. *b.*)

Pedes robuſtiſſimi, antici craſſiores, poſtici longiuſculi; *femora* omnium ſcabra, primorum ſaepe ſubmuricata. Abdomen laeviſſimum.

C 12. *TENEBRIO* GIBBVS;

Tab. C. Fig. 12.

Thorace globoſo, marginato; elytris ovatis marginatis, utrinque carinatis, dorſo laeviſſimis.

Eſt hic a praecedenti ſpecie evidentiſſime diverſus, & videtur in Africa meridionali eſſe rarior; etenim ſemel omnino inter Capenſia Inſecta adlatum vidi.

DESCRIPTIO.

Praecedente paulo minor, at in univerſum ſatis ſimilis, eodemque colore piceo - atro, nitidulo.

Caput adhuc magis retuſum, galeae plano perfecte verticali. *Antennarum* articuli longiores.

Thorax a dorſo plus quam hemiſphaerice gibbus, laeviſſimus, lateribus argute marginatus, poſtice truncatulus, craſſiore labio marginatus.

Elytra globoſiora & magis gibba, quam praecedentis, & praeter carinam orae inferam, ad dorſum utrinque obtuſius carinata, carina ſcabriuſcula, ad apicem non perducta.

Pedes, ut in antecedente; at poſtici minus proportione longi. *Abdominis* loricae magis politae, foveola utrinque verſus marginem; quod vix in praecedente. Caeterum differentia ſatis e *figura* 12. cum praecedentibus collata liquet.

C 13. *TENEBRIO* CASPICVS;

Tab. C. Fig. 13:

Ovato - depreſſiuſculus, thorace antice poſticeque excavato, elytris utrinque carinatis, faſciis ſcaberrimis laevigatisque alternis.

In ripis elatioribus ad Mare caſpium, praeſertim in Orientali littore, non infrequens.

DESCRIPTIO.

Mortiſago duplo craſſior; longitudine 11.‴ latitudine quoad elytra $6\frac{1}{2}$.‴

Caput craſſum, ante oculos marginatum. *Thorax* marginatus, elytris multo anguſtior, ad caput utrinque angulo productus, antice valde excavatus, poſtice leviter, punctis muricatis ad margines crebris & prominentioribus ſcaber.

Elytra poſtice declivi - productiuſcula, dorſo lata, planiuſcula, utrinque carina biangulata, ſcabra, ad axillas angulo prominula; ſupra

fasciae quatuor longitudinales & triangulum in regione scutellari, punctis muricatis piliferis obsita, quibus interjecti tractus laevigati.

Pedes piloso - hispidi. Thorax *subtus mucrone sternali* plano rotundato, fere ut in Elateribus, sed horizontali, nullaque fossa pectoris respondente. Color totius aterrimus, nitidus. Reliqua loquitur *Fig.* 13.

C 14. *TENEBRIO* MVRICATVS;

Tab. C. Fig. 14.

Elytris carinatis, undique muricatis, punctis seriatis conicis piliferis; tarsis hispidis.

PETIVER. *gazophyl. t. 92. fig. 14.*

Tenebrio muricatus LINN. *syst. XII. p. 676. sp. 17.* GOETZE *Entom. I. p. 674. n. 17.*

Pimelia muricata FABRIC. *Entom. p. 251. sp. 4.* (excluso GEOFFRAEI synonymo.)

Frequens in deserto arenoso Naryn, inter Volgam & Iaïcum, in collibus Elymo arenario & Pterococco polygonoïde obsitis, sed alibi nunquam observatus. Femorum posticorum adtritu ad elytra stridet, & saepe moribundus Gordios albos ano excernit.

DESCRIPTIO.

Mortisago major & crassior, sed minus latus antecedente, totus ater, minus durus, minusque nitidus.

Caput majusculum, convexum, ante oculos suprave antennas marginatum. *Antennae* subpilosae, articulo ultimo minimo, conico, ferrugineo.

Thorax tantum antice excavatus, supra gibbus, muricato scaberrimus, utrinque stria arguta marginatus; ubi ad caput angulo acutissimo prominet, non tamen omnibus.

Elytra utrinque secundum oram subtus stria laevi carinata, caeterum tota muricata tuberculis acutissimis, piliferis retrorsum subuncinatis, per quatuordecim series digestis, quarum a lateribus secunda & ipsa subcarinata.

Subtus

Subtus corpus tenerrime canefcit. Thoracis commiffurae fubtiliter ciliatae.

Tibiae anticae latae, exterius crenulatae, apice interius bifpinofae. *Tarfi* anteriores nudi, reliqui pilis nigris hifpidiffimi. Sexus differentia nulli, nifi forte quod thorax ad caput utrinque magis vel minus angulatus.

Caeterum infpice *Fig.* 14. cujus magnitudinem omnes facile aequant.

NOTA.

Videtur huc quoque referri poffe: Tenebrio fpinofus FORSKÅL. *pofth. zool. p.* 80. *n.* 13. Sed fumma affinium fpecierum fimilitudo non dat fperare abfolutam Tenebrionum fynonymiam, donec pleraeque calidarum regionum fpecies iconibus illuftratae fuerint.

C 15. *TENEBRIO* CEPHALOTES;

Tab. C. Fig. 15.

Thoracis margine antico pofticoque ciliato, elytris fcaberrimis, quadrinerviis, lateralibus carinatis fubferratis.

? Tenebrio groffus LINN. *fyft. XII. p. 676. fp. 16.* GOETZE *Entom. I. p. 674. n. 16.*

In defertis aridiffimis falfis ad Iaïkum auftralem, maxime circa Inderienfem lacum falfum, non infrequens. Licet fimillimus infra C 22. defcribendo, attamen effentialibus notis & formae momentis diftinctiffimus.

DESCRIPTIO.

Praecedente brevior & plerumque minor; nonnulli tamen fubaequant.

Caput majus quam reliquis fpeciebus, fubangulatum ante oculos marginatum fupra antennas; *labio* fupra os diftincto productiore. *Antennae* pilofae, extrorfum craffiores, articulo terminali minimo, conico, ferrugineo.

Thorax convexus, lateribus ſcabris anterius angulatis, antico poſticoque margine truncatis ferrugineo ciliatis.

Elytra tota punctis imbricatis ſcaberrima, nervis ſingula quatuor ſcabratis, quorum duo dorſales obſoleti, laterales ſubcarinati, punctisque prominentiſſimis piliferis ſubſerrati.

Pedes ſcabri, tibiis angulatis hiſpidis; *tibiae* anticae apice latae, biangulatae, interius biſpinoſae; *Tarſi* vix piloſi.

Pectus vix manifeſto tomento caneſcens; caeterum totus aterrimus, nitidiuſculus.

Figura 15. majores hujus ſpeciei refert; obſervavi autem, in auſtralibus ad Volgam, varietatem T. mortiſago vulgari haud craſſiorem, punctis muricatis elytrorum obſoletioribus, nervis obſoletiſſimis, vixque extimo ſubcarinato, ciliis thoracis pallidis.

C 16. *TENEBRIO* SVBGLOBOSVS;

Tab. C. Fig. 16. a. b.

Subgloboſus, elytris toruloſo - laevigatis; nervis ſubquaternis, extimis carinatis, crenulatis.

Tenebrio atra, aptera, rotundata, elytris ſulcis tribus elevatis. GEOFFR. *pariſ. I. p. 352.*

Tenebrio variabilis LINN. *ſyſt. XII. p. 678. ſp. 28.* GOETZE *entom. I. p. 677. ſp. 28.*

? Pimelia rugoſa FABRIC. *entom. p. 252. ſp. 7.* GOETZE *entom. I. p. 688. ſp. 10.*

In limoſis, torridis deſerti tatarici auſtralioris, a Tanaï uſque ultra Iaïcum haec ſpecies, praeſertim circa vias, e vulgatiſſimis eſt inſectis Majo & praeſertim Iunio; omnium copioſiſſima circa Volgam. Lente, ut congeneres reliqui, incedit, interdiu fere immobilis. Infeſtatur crebro Gordiis tenuiſſimis albis, qui, moriente inſecto, plerumque ſinguli per anum erumpunt.

DESCRIPTIO.

Multo brevior & globoſior praecedentibus, *mole* nucis avellanae mediocris; totus piceo niger & minus nitidus, plerumque limo inquinatus. Minus durus quam plerique congenerum.

Caput convexum. *Thorax* breviſſimus, & corpore multo anguſtior, convexo - teretiuſculus, laevis, antice poſticeque truncatus, lateribus vix linea marginatus.

Elytra, cum corpore, ovato - ſubgloboſa, obſita verruculis ſ. torulis obſoletis, magis minusve laevigatis, exarataque nervis a dorſo in quolibet binis, plerumque obſoletiſſimis, binisque utrinque lateralibus carinatis, crenulatis; infra quos ora elytrorum inflexa plana, laevis.

Pedes ſcaberrimi, mediocres, tibiis hiſpidulis.

Figura noſtra 16. *a.* ex dorſo; *b.* a latere ad veram & ſolitam magnitudinem delineata eſt. — *Variat* ſpecies elytris ſaepe fere laevigatis, & interdum, quum valde ſcabra ſunt, impreſſione per ſuturam longitudinali ſubdidymis.

NOTA.

LINNAEVS citatam ſpeciem non ſatis determinatam praeſtitit, unde dubium ſynonymon moneo.

C 17. *TENEBRIO* TORVLOSVS;

Tab. C. Fig. 17.

Ovato - ſubgloboſus, elytris tuberculatis undique convexis, enerviis.

Inter inſecta capenſia, ſimul cum *Ten. ſetoſo* C. 7. ad me delatus; videturque in Promontorio Africes inter rariores eſſe ſpecies.

DESCRIPTIO.

Magnitudine & forma proxime ad praecedentem accedit, circumcaeſura totius corporis, cum thorace & capite, fere oviformi.

Caput tantum verſus os marginatum, ſupra planum. *Thorax* laevis, breviſſimus, laterali linea ſubmarginatus.

Elytra dorſo convexo - gibba, lateribus carina rotundata, infraque eandem tuberculis minimis confertis inaequalia; ſupra torulis majoribus, per ſeries utrinque ſex digeſtis, in regione ſcutelli laevigato-obſoletis.

Pedes robuſtiores, quam in antecedente. *Color* totius ſimiliter piceus, parum nitidus. Vid. *Fig.* 17.

OBSERVATIO.

Pro complendo Tenebrionum genere addam deſcriptionem ſpeciei praecedentibus affinis & ſequentibus, quam e Mauritania quondam accepi, cujus vero ſpecimen, nondum delineatum, inter alia periit:

TENEBRIO (*chryſomeloides*) ovatus ſcaberrimus, thorace longitudinaliter rugoſo, elytrorum porcis tribus verrucoſis.

In furfuribus e Mauritania in nave caſu adlatis repertus fuit Amſtelaedami.

DESCR. *Moles* fere glandis, circumcaeſura Chryſomelae tenebricoſae FABR. (FRISCH. *inſ. XIII. t.* 22.) Totus ater, parum nitidus, inter ſcabritiem ſordidus. *Thorax* cavis punctis ſparſus, marginibus lateralibus craſſis; ſupra planiuſculus, lunula utrinque transverſa, impreſſa notatus. *Elytra* connata, ſupra valde convexa, ſeriebus tribus punctorum prominentium, inter easque rugoſo - ſcabra, utrinque ad dorſum lateribus carinata, acie ſerrulata. Lateraliter elytra planiora, punctato - ſcabra; pone obtuſa. Abdomen *vaginam* corneam exſerens. *Pedum* femora punctata, at tibiae ſcabrae: anticae, in altero maxime ſexu, extimo extrorſum in angulum productae. *Antennae* mediocres, articulis 2. extimis craſſioribus, terminali ſublenticulari.

C 18. *TENEBRIO* COSTATVS;

Tab. C. Fig. 18.

Subgloboſus glabriuſculus opacus, elytris ſingulis coſtis tribus crenulatis, extima carinata.

In torridis deserti caspici inter Volgam & Iaïkum, imprimis circa salinas Tschaptschatschi & lacum Inderiensem lectus, sed est e rarioribus insectis.

DESCRIPTIO.

Forma globoso - ovata fere Ten. globosi, sed depressior, pauloque minor & durior; colore atro, opaco, sine nitore.

Caput squamula, supra antennarum ortum, subauritum. *Antennae* breves, extrorsum paulo crassiores.

Thorax brevissimus, non multo latior capite, adeoque corpore multo angustior, convexus, punctis scaberrimus, antica & postica ora marginatus, ad latera vix linea prominula.

Elytra singula costis tribus argutis, crenato denticulatis (extima subcarinata); quarum intervalla plana, punctis minutissimis, piliferis sparsa. *Pedes* proportione, ut in Ten. globoso; postici longiores.

Differentias formae a sequenti specie, proxime affini, optime illustrat Icon *Fig.* 18.

C 19. *TENEBRIO* PVBESCENS;

Tab. C. Fig. 19.

Ovatus, lanuginosus, opacus, elytris singulis costis quatuor denticulatis.

? Tenebrio angulatus LINN. *muf. regin. p.99. syst. nat. XII. p.677. sp.22.*
? VOET. *coleopt. I. tab.39. fig.52.* (Forma convenit).

In iisdem, cum praecedente, regionibus, nec frequentiorem, observavi.

DESCRIPTIO.

Oblongior & magis ovatus, praecedente; supra aterrimus, opacus, totus, etiam elytris nigro - pilosissimus, pilo tenero lanugineo; subtus minus pilosus & obsoletius niger.

Antennae longiores, quam in praecedente, pilosae, filiformes. Squamulae nullae prominulae ad caput.

Thorax major, cylindricus & minus convexus, quam prioris, punctis prominulis crebris ſcaberrimus.

Elytra porcata coſtis (ſingula) quaternis, valde prominulis, craſſiuſculis, muricato - ſcabris, piloſiſſimis, & inter coſtas punctis ſparſis, piliferis ſcabrata.

Pedes longiores, quam in praecedente; antici robuſtiores. Reliquas differentias comparativas ob oculos ponit *Fig.* 19.

C 20. *TENEBRIO* LEVCOGRAPHVS;

Tab. C. Fig. 20:

Ovatus, thorace ſcaberrimo, difformi, elytris carinatis ſcabris, faſciis longitudinalibus albatis, laevibus.

Tenebrio leucogrammus PALL. *itin. II. append. p. 719. n. 43.* GOETZE *entom. I. p. 684. ſp. 4.*

In arenoſis & limoſis ad Irtis fluvium, ſupra Iamyſcheva, frequentiſſimus Iunio; rariſſime contra ad Iaïcum & Volgam, itemque ad Selengam obſervatus fuit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo & forma fere Ten. pubeſcentis; a dorſo minus convexus.

Caput majus, vertice foveolis aliquot impreſſo. *Antennae* filiformes.

Thorax muricato - ſcaberrimus, compreſſionibus duabus poſticis difformis, dorſoque planiuſculus.

Elytra nitidiuſcula, exterius obtuſe carinata, punctis acutis adſperſa: faſciis laevigatis longitudinalibus utrinque a latere binis per totam longitudinem cano - albis, & a dorſo tribus in ſingulo inſignioribus, plerumque vix ad $\frac{1}{3}$ longitudinis albatis, verſus baſin ſenſim evaneſcentibus. In aliis tamen hae ultra dimidium, & in majoribus ſpeciminibus (rarioribus), quale *Figura* 20. noſtra exprimit, faſciae per totam dorſi longitudinem albatae, tomento vix manifeſto.

Abdomen ſubtus caneſcit. *Pedes* proportione praecedentis; antici robuſtiores, tibiis exteriore margine denticulatis.

C 21. *TENEBRIO* SPINIMANVS;

Tab. C. Fig. 23.

Thorace marginato laevi, elytris laevissimis postice obtusis, tibiis primoribus spina robustissima, arcuata productis.

In australibus Russiae circa Borysthenem a *Cel.* LAXMANN lectus, mecumque amice communicatus fuit. — An Ten. gigas 14. LINNAEI? non satis determinatus.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Ten. mortisagi, sed crassior & convexior, caeterum forma subsimilis.

Caput planum, laeve. *Antennae* longitudine thoracis, crassiusculae, moniliformes, extrorsum articulis octonis sublenticularibus, crassioribus.

Thorax convexus, laevis, antice posticeque truncatus, marginibus lateralibus fere semicircularibus.

Elytra thorace latiora, laevissima, valde & aequaliter convexa, ut fere formam glandis referant, postice obtuso apice productiuscula. Lente inspecta instar corii cicatriculis, punctisve obsolete & levissime rugoso - scabra apparent.

Pedes robusti, breviores, quam in T. mortisago; *tibiae* anticae ultra tarsos productae in spinam extrorsum inflexam, aequali fere tibiae crassitie pergentem. Reliquae tibiae apice, solito more, bispinosae.

Corpus totum aterrimum, nitidum, glaberrimum, durum. Conf. *Fig.* 23.

C 22. *TENEBRIO* ASPERRIMVS;

Tab. H. Fig. C. 22.

Thorace convexo laevi, submarginato; elytris punctis muricatis inaequalibus, latere bicarinatis serrulatis.

Pimelia angulata FABRIC. *entom. p. 252. sp. 6.*
Tenebrio spinosus FORSKÅL *posth. zool. p. 80. n. 13.*

Ex Oriente acceptum communicavit *Celeb. & Amiciss.* BRÜNNICHE.

DESCRIPTIO.

Ita facie similis Ten. cephaloti *C.* 15. ut nisi coram collatis speciminibus & iconismis, haud facile distingui possit. *Colore* aterrimo nitido & magnitudine similis est.

Caput minus grande, nec angulatum, ore minus producto. *Thorax* brevior & angustior, valde convexus, commissuris haud ciliatis, linea laterali arcuata multum infra dimidium posita.

Elytra paulo magis ovata, magisque muricata, punctis acutissime prominulis, subspinescentibus, quorum majores per duo in singulo series dorsales & carinas utrinque duas laterales parallelas (quasi serrulatas) dispositae, quibus singulis interjectae series ternae vel quaternae punctorum minorum, minusque prominentium. Pars elytrorum lateralis, infra carinas, plana, punctis minutis ordinatis scabra.

Antennae subpilosae; reliquum corpus glaberrimum. *Pedes* minus robusti, quam in Cephalote, & praesertim antici 4. minores. Reliqua patent e *Figura* C 23. priori C 15. collata.

C 23. *TENEBRIO* LATICOLLIS;

Tab. H. Fig. C. 21.

Ovalis, depressus, aterrimus, laevissimus, thorace marginato, latissimo, antice excavato, postice truncato elytris substriatis.

Nuper inter Insecta Capensia, a *Viro spectatissimo & amicissimo DN. Guil. van der* MEVLEN, Amstelaedamo missa, accepi adfinem hanc Ten. hypolitho nostro, sed rite distinctam tamen speciem, quae non est Ten. tibialis LINN.

DESCRIPTIO.

Magnitudine aequat staturam maximam T. hypolithi, sed multo depressior, proportione fere Carabi.

Caput

Caput galea os tegente fubfemicirculari. *Antennae* exiles, thorace fere breviores, moniliformes, incraffatae, articulo terminali globofo, ferrugineo. *Palpi* fubclavati.

Thorax magnus, latiffimus, aequaliter convexus, laeviffimus; antice pro capite excavatus, poftice margine rectilineo elytris contiguo; oris lateralibus, valde marginatis, in fegmento circuli comprehenfis.

Elytra thorace anguftiora, laevigata, ftriis denis tenuiffimis, fubpunctatis.

Pedes robuftiffimi, laeves, poftici majores; tibiae extremo incraffatae ancipites, anticae interiore acie crena incifae.

Infectum totum aterrimum, nitidiufculum, glaberrimum. Vid. *Fig. C.* 21.

C 24. *TENEBRIO* SILPHOIDES;

Tab. H. Fig. C. 24.

Oblongiufculus, depreffus, punctato-fcaber, thorace lato marginato, elytris trinerviis, duplo-canaliculatis.

Tenebrio filphoides LINN. *fyft. XII. p. 677. fp. 26.*

Cum praecedente, Promontorio Bonae fpei, per Amic. Dn. G. VAN DER MEVLEN accepi; LINNAEVS e Mauritania habuit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo et facies Silphae fabulofae; *color* totius ater, fine nitore, nifi quem punctorum intervalla habent, fubholofericeum.

Caput orbiculatum, impreffione arcuata transverfa, portionem galeae ori vicinam diftinguente. *Antennae* longiufculae, extrorfum craffiores, moniliformes. *Palpi* articulo terminali truncato clavati.

Thorax marginibus lateralibus planis, fubadfurgentibus dilatatus, antice pro capite excifus, poftico margine rectilineus, ab elytris intervallo diftans. Superficies tota thoracis, ut et capitis abdominisque punctis cavis confertis fcabra.

Elytra basi truncata, nervis in singulo tribus prominentibus, laevigatis (praeter suturam et marginem) porcata, quorum medius, intra duos reliquos versus apicem concurrentes, terminatur. Intervalla, inter nervos, suturam, et marginem, singula serie duplici punctorum excavatorum crenata.

Pedes postici multo majores, omnes *tarsis* piceis, subtus ferrugineis; tibiis teretibus, ferrugineo pilosis, posticorum interius subbarbatis. Conferatur caeterum *Fig. C.* 24.

C 25. *TENEBRIO* BVPRESTOIDES;

Tab. H. Fig. C. 25.

Oblongus, laevissimus, thorace lato marginato, tibiis anticis latis crenulatis.

Tenebrio buprestoides PALL. *itin. II. app. p. 719. n. 44.* GOETZE *entom. I. p. 684. n. 3.*

In collibus arenariis desertorum australium; praesertim frequentissimus et paulo major ad Irtin in sabuletorum tumulis circa Astragalum Ammodyten collectis. Similem, sed vix Derm. lardario majorem, in Dunis maritimis Belgii quondam observavi.

DESCRIPTIO.

Magnitudo paulo supra Silpham sabulosam, quam figura paene refert; sed convexior et aterrimus, nitidiusculus, laevis. Subtus magis politus.

Caput latum, retusum, oculis suggrundio cinctis, supra infraque prominulis. *Antennae* extrorsum paulo crassiores.

Thorax brevis, corpore paulo latior, clypeo antice pro capite exciso; lateribus intra segmentum circuli terminatis, marginatis, argutissimis; postice rectilineus, elytris contiguus. Commissurae thoracis tenerrime fimbriatae. *Scutellum* conspicuum, transversum, quod vix in alia specie.

Elytra marginata acie duplici, exteriore pilis ſubciliata, caeterum laevia, punctis vix manifeſtis in 9 ſtrias digeſtis, et ſubtiliſſimis ſparſis per totam ſuperficiem, etiam clypei.

Pedes hiſpiduli; *Tibiae* antice latiuſculae, margine ſubdenticulatae.

C 26. *TENEBRIO* NOTOCEROS;

Tab. C. Fig. 26. a. b.

Oblongus, albo - variegatus: thorace utrinque dentato, tubere ſupra caput; elytris poſtice gibbo utrinque conico.

Sepidium criſtatum FABRIC. *entom. p. 250. ſp. 2.* GOETZE *entom. I. p. 688. ſp. 5.*

Ex Oriente acceptam communicavit *Cel. et Amiciſſ.* BRÜNNICHE, curioſiſſimam hancce ſpeciem, quam, cum Tenebrione alexandrino *Forſkålei* (*poſth. zool. p.* 80. *n.* 12.) conjunctim, peculiari nomine generico dotavit FABRICIVS.

DESCRIPTIO.

Inter Tenebriones abnormi habitu ſpecies, forma generali convenit cum Attelabo Monocerote LINN. cum quo Tenebrionum affinitatem nectere videtur.

Caput majuſculum, craſſum, depreſſum, fronte excavata; furfure albatum, ſolo vertice nigro - variegato (ubi albedo deraſa); et oculis teſtaceis, reniformibus. *Antennae* craſſae, depreſſae, thorace duplo longiores, filiformes, albatae. *Labium* emarginatum caneſcens; *Maxillae* exterius planae; *Palpi* duo majuſculi totidemque minuti, ſubtus e ſinu oris prominuli.

Thorax (niger, albo - variegatus, ſubtus albus), utrinque ſpina plana, decurrente cruciatus, ſupra carinatus; antice ſupra caput auctus *tubere* tomentoſo - albo, obtuſo, ſubdidymo, lateribus nigro - impreſſo.

Elytra connata, compreſſo - ventricoſa, albata, nigro - varia, ſingula carinis duabus prominentiſſimis, argutis, porcata, quarum exterior poſtice in prominentiam conicam, triquetram exit. Intervalla por-

H 2

corum rugoſo-cavernoſa, ut et ſpatium ſuturale; at pars lateralis elytrorum planiuſcula, magis aequalis, tota alba, nervis 2 prominulis laevigato - atris.

Corpus ſubtus tomento albatum; abdominis loricae ſingulae utrinque macula deraſa nigra. *Pedes* proceri, teretes, inermes, toti albo obducti; poſtici multo majores, tarſis *tri* - reliqui *quadri - articulatis.*

Formam anomalam inſuper illuſtrabit icon *Fig. C. 26. a.* dorſalis, *b.* a latere delineata.

OBSERVATIO

circa Tenebriones generatim.

Tenebrionum ſpecies plures, quam quisquam Entomologorum ex autopſia recenſuit, in propria collectione ſervans, quotquot potui iconibus illuſtrandas eſſe putavi, ut genus hoc numeroſiſſimum tandem certioribus ſpeciebus innoteſceret. Sed deſunt mihi multae africanae et orientales, (in America enim, licet Mylaridum feraciſſima, veros dari Tenebriones nondum conſtat), apud auctores hucusque indicatae, at nullis pleraeque iconibus illuſtratae, quas hic recenſendas eſſe credidi, ut alii ſenſim icones ſuggerant, ſine quibus ſpecies hujus generis nunquam rite conſtabunt, quippe multae inter ſe ſimillimae a noſtris omnibus evidenter diſtinctae, ſequentes fere ſunt, excluſis nempe *Mylaridum* ſpeciebus, et quas a Tenebrionibus LINNAEI, nomine *Scaritum*, recte ſegregavit FABRICIVS:

1. TENEBRIO mortiſagus LINN. ſatis notus, optime delineatus a FRISCHIO (*inſ. XIII. t. 25.*)
2. TENEBRIO gages LINN. *ſyſt. XII. p. 676. ſp. 14.* Blaps gigas FABRIC. *ent. p. 254. ſp. 1.* GOETZE *entom. I. p. 673. ſp. 14.*
3. TENEBRIO groſſus LINN. *ſyſt. XII. p. 676. ſp. 16.* GOETZE *entom. I. p. 674. ſp. 16.*
4. TENEBRIO polychreſtus FORSKÅL. *poſth. zool. p. 79. ſp. 10.* GOETZE *entom. I. p. 685. ſp. 9.* Blaps ſulcata FABRIC. *entom, p. 254. ſp. 2.*
5. TENEBRIO madraſpatanus. PETIV. *gazoph. tab. 92. fig. 14.* Blaps excavata FABRIC. *ent. p. 254. ſp. 4.* GOETZE *entom. I. p. 690. ſp. 18.*

6. TENEBRIO ſpinoſus LINN. *muſ. reg. p. 101. ſyſt. XII. p. 677. ſp. 24.* GOETZE *entom. I. p. 676. ſp. 24.* Pimelia ſpinoſa FABRIC. *ent. p. 252. ſp. 8.*

7. TENEBRIO carinatus. Pimelia carinata FABRIC. *ent. p. 252. ſp. 10.*

8. TENEBRIO collaris. LINN. *ſyſt. XII. p. 677. ſp. 21.* GOETZE *ent. I. p. 675. ſp. 21.* Pimelia collaris FABRIC. *ent. p. 252. ſp. 11.*

9. TENEBRIO longipes. FABRIC. *entom. p. 251. ſp. 3.* An Tenebrio cothurnatus FORSKÅL. *poſth. zool. p. 80. ſp. 11.* — Conf. *Voet. coleopt. I. tab. 39. fig. 51.*

10. TENEBRIO hiſpidus FORSKÅL. *poſth. zool. p. 79. ſp. 8.* Pimelia hiſpida FABRIC. *ent. p. 251. ſp. 2.*

11. TENEBRIO rugoſus LINN. *ſyſt. XII. p. 678. ſp. 27.* GOETZE *ent. I. p. 677. ſp. 27.*

12. TENEBRIO laevigatus LINN. *ſyſt. XII. p. 678. ſp. 29.* GOETZE *ent. I. p. 677. ſp. 29.*

13. TENEBRIO tibialis LINN. *ſyſt. XII. p. 678. ſp. 31.* GOETZE *entom. I. p. 678. ſp. 31.* An Erodius planus FABRIC. *entom. p. 259. ſp. 2.*

14. TENEBRIO coeruleus LINN. *muſ. regin. p. 98. Syſt. XII. p. 677. ſp. 19.* PETIV. *gaz. tab. 22. fig. 6.* GOETZE *entom. I. p. 675. ſp. 19.* Helops coeruleus FABRIC. *entom. p. 257. ſp. 1.* Forte ad Mylarides referenda ſpecies.

15. TENEBRIO ſtriatulus LINN. *ſyſt. XII. p. 679. ſp. 33.* GOETZE *entom. I. p. 78.*

16. TENEBRIO alexandrinus FORSKÅL. *poſth. zool. p. 80. ſp. 12.* Sepidium tricuſpidatum FABRIC. *entom. p. 250. ſp. 1.* GOETZE *entom. I. p. 686. ſp. 11.* et *p. 687. ſp. 4.*

17. TENEBRIO uncipes FORSTER. *nov. ſpec. Cent. I. p. 60.*

18. TENEBRIO ſetipes. SEBA *theſ. IV. tab. 82. fig. 15.* e maximis, Ten. muricato ſubſimilis, elytris porcatis et hiſpidis, tibiis longo mucrone ſetaceo ad tarſos elongatis. Iterata icone et deſcriptione merito illuſtrandus.

19. TENEBRIO Erodius. Erodius gibbus FABRIC. *entom. p. 258. ſp. 1.* GOETZE *entom. I. p. 691. ſp. 30.*

20. TENEBRIO femoralis LINN. *ſyſt. XII. p. 679. ſp. 32.* GOETZE *entom. I. p. 678. ſp. 32.* In Germaniae arenoſis non infrequens; ſimilis hypolitho, ſed minor, latiuſculo thorace et pedibus poſticis magnis diſtinctus.

21. TENEBRIO gallicus. Ten. atra, aptera, coleoptris rugofis, pone acuminatis GEOFFR. *par. I. p.347. fp. 2. tab.6. fig.6.* Forte Ten. hypolithi noftri varietas major, ftriis undulatis evidentioribus; forma caeterum fimillimus.

Relinquo alias fpecies nonnullas GEOFFROI et FABRICII, de quibus non fatis conftat, an vere ad Tenebriones noftros referri debeant.



D I. *BVPRESTIS* CHRYSITES.

Tab. D. Fig. 1.

Craffa, aureo viridiffima, elytris apice ferratis, rubris, bafi inaequalibus, fterno antrorfum producto, conico.

Bupreftis fternicornis varietas LINN. *fyft. XII. p. 660. fp. 5.*

Bupreftis mucronata DEGEER *inf. IV. p. 136. tab. 17. fig. 25.*

Bupreftis Chryfis FABRIC. *entom. p. 218. fp. 13.* GOETZE *ent. I. p. 586. 5 b.*

Scarabaeus novus (inepte) SCHROETER *Abhandl. zur Naturg. I. p. 335. tab. 2. fig. 3.* GOETZE *ent. I. p. 595. fp. 2.*

Inter Infecta in littore cis - gangetico Indiae lecta non infrequenter adfertur, et fine dubio differt fpecie a Bupr. fternicorni LINN. itidem Indiae inquilina, fed quae plerumque ex Americae calidis adfertur, interque Iamaicenfia Infecta apud SLOANEVM (*Iam. II. p. 210. tab. 236. fig. 8.*) recenfita eft.

DESCRIPTIO.

Scarabaeo Fullone major, multoque craffior Bupr. gigantea; e craffiffimis et fplendidiffimis totius generis.

Caput inflexum, viridi - auratum, fupra os marginatum, vertice punctis cavis fparfum. *Maxillae* piceae. *Antennae* longitudine thoracis, nigrae, articulis 4. infimis fimplicibus, reliquis 7. ferrato - pectinatis, terminali fubemarginato.

Thorax convexo - gibbus, lateribus haud marginatus, aureo - viridissimus; undique punctis excavatis magnis, crebris sparsus; margine scutellari in angulum coactus, ipso scutello deficiente.

Elytra valde convexa, politissima sanguineo - rubra, basi exterius dilatata, versus apicem aliquoties subserrata, tota punctis minutissimis impressis obsita, foveolis versus basin, praesertim in regione scutellari, obsoletissimis inaequalia.

Pedes testaceo rubri, tarsis longissimis imbricatis.

Subtus corpus totum splendidissime viridi - aureum, sternum inter pedes secundi paris antrorsum mucrone conico, descendente, acutissimo, apice nigro productum; quod Ill. DEGEER figuris expressum est. Veram et praestantiorem magnitudinem et a dorso inspecti insecti circumscriptionem exprimit nostra *Tab. D. fig.* 1.

D 2. *BVPRESTIS* VARIOLARIS;

Tab. D. Fig. 2.

Crassa, aenea, pubescenti - scabra, elytrorum maculis impressis tomentosis, sterno mutico.

Scarabaeus Alepensis pilosus viridis, lineis albicantibus punctatis PETIVER *gazoph. tab.* 13. *fig.* 5.

Buprestis variolaris PALL. *itin. I. app. p.* 464. *n.* 37. GOETZE *entom. I. p.* 599. *n.* 14.

In australibus ad Volgam et Iaïcum, locis montosis Iunio mense observatur, frequentans Echinopem et Onopordum. Quod olim dixi, *(Itinerar. l. c.)* me eandem speciem ex India et Africa vidisse, corrigendum est, fallax enim memoria suggessit speciem capensem similem, sed tamen (ut nunc video) diversam, et cum Bupr. fasciculata forte conjungendam.

DESCRIPTIO.

Est e speciebus maximis, Melolontha saepe major; longitudine 1.'' 1.''' latitudine 6.''' crassitie $4\frac{3}{4}$.''' *Forma* tota simillima *Buprestis fasciculatae*, crassa, cylindraceo - oblonga.

Caput minufculum, inflexum, pubefcens. *Antennae* tenues, filiformes.

Thorax gibbus, poftice angulo fcutellari notatus per medium impreffus, et ruga longitudinali arguta carinatus, totus pubefcenti-tomentofus, fcaberrimus.

Elytra obtufa, valde convexa, punctis cicatricibusque crebris fcabrata, *areolis* orbicularibus impreffis, inauratis, flavo-tomentofis, per quinque feries digeftis; e quibus una ad mediam bafin major, et oblonga in regione fcutelli.

Pedes longiufculi, poftici paulo minores; omnes tarfis elongatis.

Corpus fubtus nitidius, totumque Infectum aeneo-inauratum, ex albido flaventi lanugine, fubtus laxiore. Variat colore cupreo vel chalybato. Vide caeterum *Fig.* 2.

D 3. *BVPRESTIS* TATARICA:

Tab. D. Fig. 3. a. b.

Craffa, ovata aenea, elytris integris canaliculatis, fulcis tomentofis fubobliquis.

Bupreftis tatarica PALL. *itin. I. app. p. 464. n. 38.* GOETZE *entom. I. p. 599. n. 15.*

Nullibi praeterquam ad Lacum Inderienfem, ubi frequentiffima in muria perit et ad oram lacus egeritur, vivaque paffim in maxime auftralibus ad Iaïcum obfervata fuit.

DESCRIPTIO.

Omnium breviffima, ovata, magnitudine Scarab. hirtelli, vel ultra. Longit. majoribus 7½.''' latitudo 4.''' craffities 2½.'''

Caput fubrotundum, fecundum oculos canefcens. *Antennae* thorace breviores, extrorfum paulo craffiores.

Clypeus convexus, lateribus gibbus, impreffione ad fcutellum; caeterum punctis vix confpicuis.

Elytra

Elytra laevia, ſtriis longitudinalibus ſubtiliſſimis, exterius canaliculata ſulcis latis, planis, cano - tomentoſis; quorum *unus* exteriori margini parallelus, *alter* obliquior, in omnibus adſunt. *Poſterior* hic aliis geminatus, et *acceſſorius* adhuc dorſalis, unde tunc elytra tota canaliculata.

Color aeneus obſoletior; tomento paſſim pallido, tenuiſſimo. *Fig.* 3 *a.* varietatem ſulcis paucioribus, 3 *b.* pluribus, exprimit.

D 4. *BVPRESTIS* CANALICVLATA;

Tab. D. Fig. 4.

Oblonga, craſſiuſcula, fuſco - aenea; thorace elytrisque utrinque faſcia impreſſa alba canaliculatis.

Frequentiſſimum Inſectum circa Selengam et in Dauuria, rarius circa Ieniſeam et Irtin lectum; ubique flores frequentat. — Convenit proxime cum Bupr. lineari LINN. *ſyſt. XII. p.* 663. *ſp.* 28. DEGEER *IV. p.* 137. *tab.* 17. *fig.* 26.

DESCRIPTIO.

Oblongior et anguſtior *Bupr. ruſtica*, maxime poſtice anguſtata, elytris tamen apice obtuſis. *Corpus* craſſiuſculum. *Scutellum* transverſum oblongum. *Thorax* laevis, poſtice angulo ſcutellari, ſulco medio et utrinque lata impreſſione longitudinali, per *elytra* continuata eorumque margini parallela, quae vel vireſcente aerugine, vel albido - irrorata eſt. *Nervi* 2. prominuli obſoletiores in ſingulo elytro et in quibusdam *ſulcus* alius latus, ſuturae parallelus, item fundo albidus.

In majoribus ad 7.''' longis, ſulci omnes ſaepe obſoletiſſimi, etiam in thorace; minimae $4\frac{3}{4}$.''' profundius canaliculatae.

Color fuſco - aeneus, ſubtus cupreus, lateribus flavo - tomentoſis.

D 5. *BVPRESTIS* IVNCEA;

Tab. D. Fig. 5.

Linearis aeneo - nigra, frontis thoracisque foſſa excavata, elytris lineari - acuminatis, longitudinaliter biconvexis, obtuſis.

Inter Inſecta Indica ad me pervenit, ſed incerta patria.

DESCRIPTIO.

Longitudo 7.''' *latitudo* fumma, ad elytrorum bafin, vix 1¾.''' *Color* fubtus ater, politus, fupra obfolete niger, et fubaeneus, fine nitore ullo.

Forma fingularis. *Caput* inter oculos excavatum, triangulo ab ore adfcendente polito.

Thorax brevis craffiufculus, lateribus margine flexuofo terminatus, fovea in medio dorfo oblonga, undique abrupta.

Elytra longiffima (fola 5½.''') extremo lineari - adtenuata, apice obtufa, per totam longitudinem medio obtufe carinata, unde Infectum fupra longitudinaliter biconvexum et fecundum futuram velut convalle canaliculatum. *Punctum* utrinque politum ad fcutellum. *Pedes* breves. Vid. *fig.* 5.

D 6. *BVPRESTIS* CARIOSA;

Tab. D. Fig. 6.

Depreffa, atra nitida, thorace dilatato albido - fcabro, maculis laevigatis pluribus, elytris albido - lituratis.

Bupreftis cariofa PALL. *itin. III. app. p.708. n.52.**

In arenis Anketeri dictis; inter Kumam et Terek fl. fatis frequens Majo, Cotinum florentem amans.

DESCRIPTIO.

Magnitudo inter noftrates gigantea; forma Bupr. marianae; depreffa, duriffima, nigra nitida. Longitudo 1.'' 3.''' latitudo 6.'''

Caput inter oculos punctis cariofis albidum. *Antennae* planae, ferratae, longitudine thoracis.

Thorax lateribus convexo - dilatatus; corpore paulo latior, fupra albido - cariofus: areis laevigatis atris, 2. ad caput, 2. orbiculatis, mediaque lanceolata in difco, tribus ad pofticum marginem, quarum mediae infculptum punctum cordatum profundum.

Elytra poſtice ſubanguſtata, obtuſa, ſtriis groſſius punctatis exarata, ſparſaque lituris albido-carioſis, paſſim inauratis.

Pedes ſubaequales, robuſtiſſimi; tarſis latis, utrinque profunde ſerratis. Reliqua illuſtrabit Icon *Fig.* 6.

D 7. *BVPRESTIS* TENEBRIOIDES;

Tab. D. Fig. 7.

Depreſſa, nigra, thorace dilatato ſcabro, areolis quatuor politis, antennis incraſſatis.

Bupreſtis tenebrionis LINN. *ſyſt. XII. p.* 661. *ſp.* 11. GOETZE *entom. I. p.* 588. *n.* 11.

Tenebrio variegata LEPECH. *itin. I. p.* 373. *tab.* 17. *fig.* 7.

Cucujus ater, thorace ſcabro, pulvere albicante conſperſo, elytris obſolete ſtriatis. GEOFFR. *par. I. p.* 128. (e Languedocia).

SCHAEFFER *ratisb. tab.* 205. *fig.* 5.

Ad Volgam in floribus obſervatur paſſim, in calidioribus, herbidis.

DESCRIPTIO.

Perquam ſimilis praecedenti, at eſſentialiter diverſa antennis, aliisque characteribus, et longe minor; longitudine vix $7\frac{1}{2}$.''' latitudine thoracis 3.''' Nigra, ſubopaca.

Caput laeviuſculum. *Antennae* longitudine capitis, extrorſum craſſiores, dentatae.

Thorax craſſus, lateribus dilatato-gibbus, ſupra ſcaber, caneſcens, punctis laevigatis atris quatuor magnis, impreſſoque ad ſcutellum.

Elytra obtuſa, ſtriis interruptis, vel punctatis, obſoletioribus. *Pedes* proportione minus robuſti. Confer. caeterum *Figura* noſtra 7.

D 8. *BVPRESTIS* HIVLCA;

Tab. D. Fig. 8.

Fuſco - aenea depreſſa, ſcabritie ſubtus aurata, thorace elytrisque longitudinaliter rugoſo - hiulcis, areolis elytrorum geminis impreſſis cupreis.

Bupreſtis mariana LINN. *ſyſt. XII. p. 660. ſp. 6.*

SCHAEFFER *ratisb. tab. 49. fig. 1.* et *tab. 128. fig. 3.*

? Bupreſtis Virginienſis DRVRY *illuſtr. I. tab. 30. fig. 3.* GOETZE *entom. I. p. 596.*

In ſylvis pineis, praeſertim circa Obum fluvium, obſervatur rarius. SCHAEFFERI ſynonymon ipſe ad Marianam ſuam citavit LINNAEVS inter addenda ad calcem *Tom. II. Syſtematis*, et convenit definitio ſyſtematis. Plane aliud Inſectum ſub B. marianae denominatione delineavit Ill. DEGEER, cujus locum infra ad *D* 10. adlegabo.

DESCRIPTIO.

Poſt B. variolarem et carioſam, noſtratium maxima: longitudo 1.″ 1½.‴ latitudo 5⅓.‴ *Subtus* punctis, lineolisque impreſſis, aeneo - aureis, creberrimis carioſo - ſcabra; *ſupra* nigra, ſubaenea.

Caput rugis 2. craſſis inter oculos longitudinalibus, interjecto ſulco profundo, aureis punctis ſcabrato.

Thorax rugis obſoletiſſimis quinis longitudinalibus, quarum intervalla punctis cupreis ſcabrata. Foveolae depreſſiores verſus poſticos angulos. *Sternum* ſulcis 2. longitudinalibus.

Elytra rugis obſoletis, longitudinaliter ſubconfluentibus; inter quas valleculae magis minusve cupreo - ſcabrae.

Figuram 8. hujus ſpeciei comparationis gratia inſerui, et erat jam tabulae inſerta, priusquam *Schaeferianas* vidi, caeteroquin optimas.

D 9. *BVPRESTIS* AVRATA;

Tab. D. Fig. 9.

Oblonga, depreſſiuſcula, aurata, elytris ſulcatis, integris, obtuſis.

Bupreſtis aurata PALL. *itin. II. app. p. 719. n. 45.*

? Cucujus viridi - auratus, ſtriatus GEOFFR. *pariſ. I. p. 126. tab. 2. fig. 2.* (ſed multo minor noſtratibus).

? SCHAEFFER *ratisb. tab. 35. fig. 6.* (itidem noſtra minor et peſſime colorata).

In auſtralibas ad Iaïcum et Volgam aliquoties obſervata, ubi flores frequentat, ſed rariſſima. SCHAEFFERI iconem inter ſynonyma addititia ad Bupr. aurulentam ſuam (americanam) citavit LINNAEVS.

DESCRIPTIO.

E majoribus europaeis, longitudinem $10\frac{3}{4}$.''' letitudinem $3\frac{4}{5}$.''' aequare ſolet. *Corpus* auratum viridiſſimum, ſplendidiſſimum; elytris verſus latera cupreis. *Dorſum* ſub elytris viridi aureum.

Antennae vix thorace longiores. *Tibiae* teretes, pubeſcentes. *Clypeus* punctis tribus impreſſis, diſci duobus, tertio ſcutellari; at in potiore ſexu foveolae quinque ſymmetrice poſitae, et forma oblongior.

Elytra integerrima, decemſulcata. *Vagina* ani paulo ultra elytra prominula. Caeterum conf. *Fig. 9.*

D 10. *BVPRESTIS* ACVMINATA;

Tab. D. Fig. 10.

Oblonga aenea, punctis carioſo - aureolis varia, thorace dilatato, obſolete rugoſo, elytris longe acuminatis, truncatis.

Bupreſtis mariana LINN. *Faun. ſuec. II. 754.* DEGEER *inſ. IV. p. 128. tab. 4 fig. 18.*

PETIVER. *gazoph. tab. 2. fig. 2.*

SCHAEFF. *ratisb. tab. 35. fig. 7.* (male expreſſa).

In Ruſſia Sibiriaque citeriore, locis ſylvoſis non infrequens; contra in Dauuria non obſervata eſt, ubi ſequens abundat.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Bupr. ruſticae, paulove latior, et (dempto poſtico acumine) brevior. Duriſſima, tota cupreo - aenea, inaurata ſcabra.

Caput planiuſculum, punctis duobus verticis politis fuſco - aeneis. *Antennae* thorace breviores, filiformes, articulo baſeos aeneo.

Thorax latericus gibboſo - dilatatus, ſupra rugis deraſis planis, fuſco - aeneis, politis, longitudinaliter parallelis, quatuor vel ſubſenis, interdum lateralibus interruptis.

Elytra ſtriis ſulcata, inter ſtrias alternis punctis laevigato - fuſcis, caeterum cupreo - aenea ſcabra; poſtice producta acumine ſublineari, truncato, ſubemarginata.

Corpus ſubtus magis cupreum; abdomen poſtice acuminatum, lineis 2. ſub apice laevigato - fuſcis. *Pedes* robuſti, cupreo - aenei. — Videatur *Fig.* 10.

D II. *BVPRESTIS* OXYPTERA;

Tab. D. Fig. 11.

Oblonga, aenea, carioſo - inaurata; elytris ſtriatis, ſubacuminatis, praemorſis; thorace laevi.

Mordella gigantea SCOPOL. *carn. n. 187.*

? Bupreſtis auſtriaca LINN. *ſyſt. XII. p. 661. ſp. 9.*

In tota Ruſſia et Sibiria in pinetis aridis ubique occurrit, frequentius in Dauuria.

DESCRIPTIO.

Simillima praecedenti, cujus tamen neque varietatem, nec ſexu adfinem dixerim. Semper major, latior elytris, ſed thorace anguſtiore, minusque lateribus gibbo. Caeterum minus quoque aurulenta et inelegantior B. acuminata, licet facie et elytrorum punctis laevigatis, inter

ſtrias alternis conveniat; ut et ſcabritie aeneo - cuprea, et duritie totius corporis.

Antennae paulo longiores, magisque ſerratae. *Clypeus* lateribus parum gibbus, ſcaber, ad poſticum marginem inaequalis, rugis nullis, ſed ſtria plerumque unica polita, per medium longitudinali. *Elytra* baſi convexiuſcula, ſubacuminata, ſed multo breviore acumine, quam praecedentis, et acute praemorſo.

Differentias formae docebit *Figura* 11. praecedenti collata.

D 12. *BVPRESTIS* RVTILANS;

Tab. D. Fig. 12.

Depreſſa, cyaneo - viridiſſima, lateribus aurea, ſplendida, thoracis elytrorumque punctis nigro - aeneis glabris.

Cucujus auratus ſtriatus GEOFFR. *pariſ. I. p. 126. ſp. 3. tab. 2. fig. 2.* (excluſis ſynonymis).

Bupreſtis rutilans FABRIC. *mantiſſ. p. 235.*

In arbuſtis circa Choper et Tanaïn fluv. Iunio ſub ardentiſſimo ſole frequens; alias non obvia.

DESCRIPTIO.

Pulcherrima et ſplendidiſſima inter europaeas omnes. *Magnitudine* infra Bupr. ruſticam. *Deſuper* inſpecta, medio longitudinaliter viridiſſimo - ſericea, lateribus aureo - rutilans; *ex obliquo* viſa medio ſplendide cyanea, lateribus dilute viridi - aurea. *Subtus* pedibusque tota cyaneo viridique variante ſplendidiſſima.

Thorax punctato - ſcaber, lineola media et punctis ſex nigris glabris.

Elytra ſtriata, punctisque impreſſis ſcaberrima, punctis (ut in praecedentibus duobus) nigro - aeneis glabris, inter alternas ſtrias ſparſis, ſubquadratis notata, apice ſerrulata, praemorſa. — Caeterum conſulatur *Figura* 12. ſed color pictoria vix ulla arte exprimendus.

D 13. *BVPRESTIS* OCTOMACVLATA;

Tab. D. Fig. a. b.

Depreſſa, nigro - aenea, elytris ſtriatis obtuſis, abdomineque flavo - maculatis, thorace flavo - ſubmarginato.

Bupreſtis flavo - punctata DEGEER. *inſ. IV. p. 129. ſp. 2.* GOETZE *ent. I. p. 597. n. 12.*

Frequentiſſimam legi in pinetis ad Occam, Iulio 1768. alias rarius, nec unquam in Sibiria orientali. Rectiſſime hanc ſpeciem a Bupr. octoguttata LINN. diſtinxit Ill. DEGEER. In truncis proſtratis arborum expeditiſſime ad ſolem diſcurrit et volat.

DESCRIPTIO.

Magnitudo et forma Bupr. ruſticae, ſed minus nitida, e chalybato vel cupreo - aenea. *Caput* plerumque circulo gemino flavo frontis contiguo.

Thorax ſubtiliſſime, punctatus, ſtria laevigata obſoletiſſima. *Clypei* margo anticus, verſus latera, rarius laterales flavi.

Elytra integra, obtuſa, ſulcata, maculis longitudinali ſerie digeſtis flavis, binis, ternis, quaternisve, difformibus et paſſim confluentibus varia.

Abdomen utroque margine flavo - dentatum, et ſubtus in medio duplici ordine macularum.

Varietatem maculis diſtinctis quatuor parium *Fig.* 13. *a.* at in lunulas confluentibus iisdem *Fig.* 13. *b.* exprimit.

D 14. *BVPRESTIS* OCTOGVTTATA;

Tab. D. Fig. 14.

Depreſſa coeruleo - chalybata, elytris ſtriatis praemorſis, quadriguttatis; abdominis punctis, thoracisque oris lateralibus flavis.

Bupreſtis coeruleſcens, thoracis lateribus flavis, elytris ſingulis maculis 4. LINN. *itin. ſcan. p. 23.*

Bupreſtis coerulea, nitida, macularum quatuor paribus flavis VDDMAN *nov. ſpec. p. 21. n. 42.*

Bupreſtis octoguttata LINN. *ſyſt. XII. p. 659. ſp. 2. Faun. II. n. 753.*

Bupreſtis albopunctata DEGEER *inſ. IV. p. 132. tab. 4. fig. 20.* (mala).

LEPECHIN. *itin. II. p. 323. tab. 10. fig. 5. 6.* (Varietas minor, ſexguttata).

Elater octavus SCHAEFER. *ratisb. t. 31. f. 1.*

In pinetis arenoſis paſſim, etiam ad Irtin fl. obſervata, conſtans ſine notabili variatione.

DESCRIPTIO.

Paulo minor praecedente, cui ſimillima, ſed anguſtior, elegantior, tota chalybis politiſſimi inſtar coerula, nitida. *Clypei* margines tantum laterales latius flavi. *Elytra* ſingula punctis vulgo quatuor diſtinctiſſimis guttata, quarum unum ad ipſam baſin; praeterea macula exterioris marginis latera quoque pectoris occupans. *Abdomen* punctis flavis ſerie quadruplici. *Figuram* 14. addidi, ut praecedenti melius conferri queat.

D 15. *BVPRESTIS* PICTA;

Tab. D. Fig. 15.

Depreſſa aenea, elytris trinerviis, maculis multiformibus ſymmetricis flavis.

Bupreſtis picta *Pall. itin. II. append. p. 719. n. 46.* GOETZE *entom. I. p. 599. n. 17.*

In maxime auſtralibus ad Iaïcum aeſtate flores frequentat; alibi non obſervata.

DESCRIPTIO.

Magnitudo praecedentis; ſed *forma* ſimillima Bupr. chryſoſtigmati, niſi pone acutior. Tota obſoletius aenea, maculis ſubtus nullis.

Caput caneſcens. *Thorax* ſtria obſoletiſſima, nitore ſubcupreo. *Elytra* trinervia, *maculis* quatuor parium: *primi* paris axillares, quaſi

e tribus, (ſubinde diſtinctis), compoſitae; *proximae* ſuturae approximatae, majuſculae; hinc *tertio* punctum utrinque exteriori margini vicinum, et demum verſus apicem *lunatae*, apicibus convergentes, ſaepe bipartitae. Hae melius apparent in *Figura* 15.

D 16. *BVPRESTIS* CHRYSOSTIGMA.

Tab. D. Fig. 16.

Depreſſa, elytris quadrinerviis, areolis impreſſis aureis, femoribus anticis craſſis, unidentatis.

Cucujus foſſulis impreſſis GEOFFR. *pariſ. I. p. 125. ſp. 1.*

Bupreſtis chryſoſtigma LINN. *ſyſt. XII. p. 660. ſp. 7. Faun. II. n. 755.* SVLZER *gen. t. 6. f. 39.* DEGEER *inſ. IV. p. 129. n. 3.*

In ſylvis borealioribus a Ruſſia uſque in Dauuriam, ſed rarius, obſervatur. Paulo minorem europaea, ſtigmatibusque obſoletioribus, alias ſimillimam, Noveboraco Americes accepi.

DESCRIPTIO.

Magnitudo proxime Bupr. octoguttatae, ſed quaedam individua minora. Depreſſa; ſubtus medio viridiſſimo-aurea, verſus margines, ut et pedibus, elytrorumque ora, nitidiſſime cuprea; ſupra aeneo-nigra.

Frons caneſcenti-albida. *Thorax* poſtice ſinuatus vel lobatus. *Stria* capitis, thoracisque longitudinalis, arguta.

Elytra ſcabriuſcula, *nervis* quatuor longitudinalibus, ſuturaque prominula; nervorum extimus margini, interior ſuturae parallelus, medii extremo in unum conjuncti, abbreviati, bis interrupti: *areolis* cupreo-inauratis, impreſſis, ſubquadratis.

Dorſum ſub elytris ſplendiſſime coeruleum. *Femora* antica craſſa, ſubtus dente craſſo angulata.

Variat haec ſpecies, quam pro comparatione praecedentis in *Tabula* adjeci (*Fig.* 16.) elytris politis, laevioribus, vix mediis nervis poſtice conſpicuis; qui videntur *Mares*.

D 17. *BVPRESTIS* ORICHALCEA;

Tab. D. Fig. 17.

Craſſiuſcula oblonga, aeneo - varians, elytris ſubſerratis, laevibus, thorace ſubtrilobo, dorſo abdominis ſplendide coerulo.

BARREL. *icon. plant. tab. 966.*

Major, quam Figura exprimit, frequens e Lacus Inderienſis muria legi poteſt; alias rariſſime in auſtralibus Tatariae deſertis occurrens. At minor, quae ſemper eſt cupreo-ſplendida, ad Irtin in Robinia Halodendro florente, et in Dauuria totiusque Sibiriae ulterioris auſtralioribus ſatis frequens eſt.

DESCRIPTIO.

α. MAIOR: Circumſcriptione aequat B. marianam, ſed eſt craſſiuſcula, utrinque convexa. *Thorax* elytris fere latior, convexus, laeviſſimus, poſtico margine ſubtrilobus. *Elytra* per ſeries punctata, apice ſerrulata. Haec varietas ſubtus viridiſſime aurea; ſupra thorace elytrisque vel totis, vel extremo, obſcure viridi - ſplendidis, baſi in quibusdam violaceo - chalybea, nitidiſſima. Longitudo $7\frac{1}{2}$.'''

β. MINOR: Cuprea; modo viridi, aeneove varians; modo cupreo undique nitore pura. Poſterioribus, quae ſaepe 5 lin. minores ſunt, *elytra* apice ſubpraemorſa, vix evidenter ſerrata. *Dorſum*, ſub alis, in omnibus cyaneo ſplendidiſſimum; ut et in α. quam ſolam delineandam curavi, *Fig.* 17.

D 18. *BVPRESTIS* TERETICOLIS;


Tab. D. Fig. 18.

Craſſiuſcula, aurato - viridiſſima, polita; thorace antice cylindraceo; elytris laeviſſimis praemorſis, apice aureo - rutilis.

Inter alia Inſecta, pro Braſilienſi, transmiſſa a Celeb. DRVRY, *Londinenſi.*

DESCRIPTIO.

Oblongior majore praecedentis varietate α. Minus dura congeneribus reliquis, tota ex aurato-viridi-cyanea, ſplendidiſſima. *Caput* minuſculum. *Thorax* verſus caput coarctatus, teretiuſculus, poſtice latior, angulis exquiſitis, et impreſſione obſoletiſſima intra angulos. *Elytra* ſubventricoſa, politiſſima, ſtriis punctisve conſpicuis nullis, poſtice ſubacuminata, aureo-rutila, apice praemorſa. *Abdomen* ſubaureum, maxime dorſo ſub elytris. *Alae* fuſcae. *Pedes* tenues, poſtici majores. Vide *Figuram* 18.



E 1. *MELOE* ERYTHROCNEMA;

Tab. E. Fig. 1.

Aptera, nigra; elytris dehiſcentibus, excavato-punctatis; femoribus rubris.

In jugo campeſtri inter Samaram et Iaïcum excurrente, obſervata Majo 1773. alias nunquam obvia.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Proſcarabaei minoris, eidemque valde ſimilis. Sed caput et thorax ſcaberrima. *Thorax* ſupra ſubquadratus, impreſſionibus tribus longitudinalibus, ſubparallelis. *Elytra* ad ſcutellum connata, late dehiſcentia, punctis magnis, excavatis, diſtinctis. *Corpus* totum nigrum, nitidulum; *Femora* coccineo-rubra, tantum ad ipſa genicula nigra. *Antennae* extrorſum paulo craſſiores. Vide *Tab. E. Figuram* 1.

E. 2. *MELOE* VRALENSIS;

Tab. E. Fig. 2.

Aptera, atra, minuta; elytris baſi connatis laeviſſimis.

Meloë uralenſis PALL. *itin. II. app. p. 722. n. 56.*

An Meloë viennenſis SCHRANK. *obſerv. p. 71.*?

Primo veris initio, ante Profcarabaeum, totoque Aprili cum eodem promifcue abundat in collibus circa Vpham, inque Vralenfium et altaïcarum alpium apricis. *Odore* fubviolaceo, fed debiliffimo, dotata.

DESCRIPTIO.

Magnitudo mufcae carnariae, imo faepe vix M. domeftica major; tota atra, parum nitida, fed laevis et glaberrima. *Forma* Profcarabaei, fed elytra proportione majora, laeviffima, exterius carinata; et *Caput* latius. *Thorax* fupra planiufculus, medio longitudinaliter et utrinque lacuna obfolete impreffus. *Abdomen* marginatum. *Antennae* in utroque fexu filiformes, non fractae. *Pedes* majores feminis. — Specimen quod *Figura* 2. noftra expreffimus, giganteum in fua fpecie eft, qualia rarius occurrunt.

E 3. *MELOE* PLAGIATA;

Tab. E. Fig. 3.

Alata, pubefcenti - atra, elytrorum maculis orbicularibus bafeos, plagisque duobus transverfis flavis; antennis extremo ferrugineis.

? Cantharis Cichorii DEGEER *Inf. V. p. 17. tab. 13. fig. 2.*

Ex India orientali acceptam Amicus e Belgio transmifit, inter alios. Cum fequentibus hucufque confufe fub *Meloës Cichorii* nomine comprehenfa fuiffe videtur, vere licet diftincta fpecies.

DESCRIPTIO.

Eft e maximis inter adfines; tota aterrima, nitidaque, licet atra lanugine pubefcens. *Antennae* bafi nigrae, extrorfum craffiores, parte incraffata (fex articulorum) fulvo - lutea. *Thorax* a dorfo planiufculus, fubbiangulatus, mediaque ftria notatus; antice haud productus, utrinque foveola obfoleta impreffus. *Elytra* polita, piceo - atra, poftice latiora; ad bafin macula cujuslibet in medio orbiculata flava, et fafciae duae latae, ad futuram interruptae, feu plagae transverfae ejusdem coloris, quarum prior paulo ante medium; pofterior latiffima, apici

proxima. *Pedes* atri, longiores quam in ſequentibus. — Magnitudo et pictura elytrorum *Figura* 3. noſtra accurate expreſſa ſunt. — — *Degeeriana* differt eo, quod elytrorum baſis tota indicetur flava, videturque potius diſtinctam ſpeciem conſtituere, inter has priores et M. *lunatam* intermediam, niſi ſit gigantea varietas *Meloës* variabilis.

E 4. *MELOE* PHALERATA;

Tab. E. Fig. 3. b.

Alata, pubeſcenti - atra; elytrorum maculis quatuor baſeos, faſciisque duabus undulatis flaviſſimis.

Inter Inſecta orae cisgangeticae Indiae hanc transmiſit *Illuſtr. Lib. Baro* DE RENGERS. Species a praecedenti diſtinctiſſima, propius ad ſequentem accedit, et ab Entomologo hucusque nullo rite diſtincta fuit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo praecedentis. Differt: atro *Colore* minus nitidô, lanugine tenuiore; *antennis* paulo brevioribus, totis atris; *thorace* antice productiuſculo anguſtiore, poſterius a dorſo didymo; *elytris* opaco - atris, ad baſin ſingulis macula dorſali orbiculata, et ad lateralem marginem ovali; *faſciis* dein non interruptis, undulatis, anguſtioribus, ab apice remotioribus, aequali latitudine parallelis; *pedibus* denique minus longis, robuſtiſſimis, et anticorum tibiis antice caneſcenti - lucidis. Caeterum elytra poſtice latiora, ſubcompreſſa, ut in affinibus; et color faſciarum macularumque aurulente luteus, totaque elytrorum facies tenerrima hirſutie holoſericea, quod, non in antecedenti. — Caetera indicat *Fig.* 3. *b.*

E 4.* *MELOE* BIVNDVLATA;

Tab. H. Fig. E. 4.*

Alata, pubeſcenti - atra; elytrorum maculis quatuor baſeos, faſciolisque duabus undulatis fulvis.

? Meloë Cichorii LINN. *Amoen. acad. V. tab. 3. n. 188. 5.*

Inter Insecta capensia frequens adfertur, colore, fasciis et reliquis criteriis a praecedentibus constanter distincta, licet simillima, et apud Entomologos pro una cum iisdem specie vulgo habita. LINNAEI icon potius ad hanc, quam praecedentem pertinere videtur.

DESCRIPTIO.

Paulo major praecedentibus, corpore elytrisque etiam latior; et omnino maxima inter Meloides alatas. *Antennae* valde incrassatae, apice incanescentes, sed totae nigrae. *Thorax* antrorsum adtenuatus, teretiusculus, posterius a dorso planiusculus, nec didymus; totus, ut et corpus, brevissima lanugine holosericeus. *Elytra* vix evidenter lanuginosa, sine nitore aterrima, *maculis* ad basin orbiculari a dorso, et ad marginem lateralem oblonga; dein *fasciis* multo angustioribus, quam praecedentis, magis undulatis, a se invicem remotioribus, obscure fulvo-luteis. *Tibiae* anticae canescenti-argentatae, ut praecedentis, a qua praesertim thorace, situ colore et latitudine fasciarum, et crassitie corporis paulo majore, differt; unde pro varietate vix potest haberi et icone illustranda erat: *Tab. H.* Fig. E 4. *

E 5. *MELOE* LVNATA;

Tab. E. Fig. 5. a. b.

Alata, pubescenti-atra; elytrorum area lunata, fasciisque duabus subconfluentibus flavis.

Haec quoque species inter Capensia Insecta satis frequens ad nos defertur.

DESCRIPTIO.

Paulo minor praecedentibus, multoque brevior, et proportione crassior. *Antennae* magis clavatae, quam prioribus, totae fere fulvae, praeter infimam tenuissimam partem fuscam. *Thorax* suborbiculatus, a dorso convexus, adeoque diversus ab omnibus praecedentibus; totus, cum corpore, fusca lanugine pubescens. *Elytra* vix evidenter holosericea, nitidula; *area* communi lunata, concavitate scutellum spectante

dorſali, et utrinque parva *macula* ad lateralem marginem baſilari, *faſciisque* duabus latis, ſubundulatis, a dorſo circa ſuturam plerumque duplici iſthmo confluentibus, gryſeo-flavis. — In quibusdam etiam area lunata cum priori faſcia, faſciaeque inter ſe late confluunt, ut *Fig.* 5. *a.* minori gradu indicat; plerumque diſtinctiſſima eadem, ut in *Fig.* 5. *b.* a dorſo elytra ſola exprimente. Rarius etiam faſciae inter ſe *diſtinctae*. *Tibiae* anticae hinc incanae. *Alae* ferrugineo-fuſcae.

OBSERVATIO.

Ab omnibus iſtis diſtinctiſſimus eſt MELOE *capenſis* LINNAEI, mihi quoque probe cognitus, ſed cujus ſpecimen in promptu nullum nunc eſt, unde icon adjici non potuit. Deſcriptionem olim exaratam hic interim addo:

Magnitudo infra priores omnes, nec multo ſupra Attel. apiarium. Tota aterrima, pubeſcens. *Elytra* vix lanuginoſa, ſingula ad baſin *macula* prope ſcutellum *lunata*, extrorſum ſpectante, cui oppoſita *linearis*, ad oram lateralem; dein maculae 2. *ſuturales*, communes, transverſim oblongae, et *utrinque duae* aliae, his alternae, paulo anteriores, marginique laterali inſiſtentes. *Alae* nigricantes. — LINNAEI deſcriptio in *Muſ. regin. p.* 104. expreſſione tantum differt.

E 6. *MELOE* QVATVORDECIMPVNCTATA.

Tab. E. Fig. 6.

Alata, nigra, cano-pubeſcens, elytris gryſeo-pallidis, vitta utrinque axillari, punctisque ſubdenis nigris.

Attelabus polymorphus *Pall. itin. I. app. p. 466. n. 44. β.*

Frequentiſſimum Inſectum ad Montes altaïcos et Irtin fl. in Halodendro et Meliloto, cum ſequenti aliisque Meloïdibus promiſcue. Nunquam aliena copula junctam vidi; nec in aliis, ubi ſequens datur, regionibus aeque frequens obſervatur, unde ſpecie diſtinctam eſſe conſtat; licet ad aliquas ſequentis varietates ſimilitudinem referat inſignem.

DE-

DESCRIPTIO.

Magnitudo paulo infra Attelabum apiarium; aliquando gracilior ſequente, et lanugine per totum corpus incaneſcente, non atra, diverſa. *Thorax* perfecte cylindraceus, coarctatus. *Elytra* gryſeo - flavente pallida, a dorſo evidentius pubeſcentia; *faſciola* abbreviata, ſeu oblonga macula ab axilla deſcendens, margini laterali parallela, et ſaepe nigredine orae baſilaris elytrorum uſque ad ſcutellum continuata. Huic maculae, verſus ſuturam, oppoſitum *punctum*; *duo* puncta in medio elytro, et *duo*, cum interiecto minutiſſimo, verſus apicem nigro-marginatum. — *Variat* haec ſpecies colore rarius intenſiore, luteſcente elytrorum. Caeterum inſpice *Fig. 6.*

E 7. *MELOE* VARIABILIS;

Tab. E. Fig. 7. 14. a. b.

Alata, pubeſcenti - atra, elytris luteis nigro - faſciatis, apiceque atris.

Meloë faſciatus FVESLIN. *helvet. 398. tab. fig. 1. a. b. c. d.* (Varietates).
SVLZER *hiſt. inſ. p. 66. tab. 7. fig. 11.*
Cantharides faſciatae IMPERAT. *hiſt. nat. p. 921. fig.*

Flores varios frequentat haec ſpecies, eſtque in auſtralibus Ruſſiae atque totius Sibiriae, menſibus Maio atque Iunio tanto copioſior, quanto rarius in Europa occidentaliore occurrit.

DESCRIPTIO.

Vulgatiſſima facies haec eſt: *Magnitudo* praecedentis, vel paulo major, ſaltem craſſior; tota aterrima, lanugine quoque atra. *Thorax* teretiuſculus, convexus, impreſſione nulla. *Antennae* ut in affinibus extrorſum craſſiores, depreſſiuſculae. *Elytra* poſtice latiuſcula, ſubcompreſſa, gryſeo - lutea, quaſi oleo inuncta, *faſciis* 2. undulatis, et apice toto atra, (nigredine apicis anterius repanda, uti faſciae). Talem maxime vulgarem exprimit *Fig.* 7. eandemque FVESLIN *loc. cit. Fig.* 1. *a.*

α. Variat haec interdum fafcia priore anguftiore, vel interrupta et in maculas magis minusve coarctatas, tres vel quatuor, diffecta, ut FVESLIN *l. c. Fig.* I. *a.* habet.

β. Major varietas rarius in maxime auftralibus ad Iaïcum lecta fuit, elytris gryfeis, immaculatis, vel tantum apice nigris (*Fig.* 14. *a.*), vel infuper fafcia undata pofteriore praedita (*Fig.* 14. *b.*); in utraque adeft punctum utrinque axillare unicum nigrum. Hanc etiam FVESLIN *loc. cit. Fig.* 1. *b.* obfervavit.

γ. Datur apud nos etiam *minuta*, varietas, quam delineavit FVESLIN *l. c. Fig.* I. *c.* ad Irtin et Volgam praefertim obfervabilis.

An Mylabris trimaculata FABRIC. *ent. p.* 261. hujus forte var. *α-β*?

E 8.* *MELOE* FLORALIS;

Tab. H. Fig. E. 8.

Alata, pubefcenti - atra, elytris macula bafeos apicisque, intermediis fafciis binis pallidis.

Attelabus polymorphus PALL. *it. I. app. p.* 465. *n.* 44. *α.* GOETZE *ent. I. p.* 422. *n.* 2.

Clerus SCHAEFFER. *ratisbon. tab.* 151. *fig.* 3.

? FVESLIN. *helvet. Tab. fig.* 1. *e.*

Hanc in Germania quoque paffim, fed rarius obfervabilem fpeciem, copiofe alunt regiones herbidae auftraliores ad mediam Volgam et circa Vralenfia promontoria, ubi promifcue cum antecedentibus in floribus et plantis, praefertim Diadelphis, occurrit Majo.

DESCRIPTIO.

Forma et *magnitudine* refert omnino Mel. punctatam; thorace magis tereti quam proxime praecedentis: *Lanugine* vero tota fufca pubefcit, et pedes paulo robuftiores, lanugine magis hirfutos habet. *Elytra* atra, nitidiora quam in praecedente, nec dehifcentia, fitu et colore (magis pallida) fafciarum diverfa. *Macula* in fingulo elytro orbicularis

ad basin, et transverse ovalis in apice; *fasciae* inter has aequidistantes duae undulatae, sutura nigra interruptae, contraque laterali ora usque ad basin pallida connexae. Neque sexus diversitas ulla in his apparet.

β. In Sibiria *varietas*, ut videtur, hujus *minuta*, fasciis flavis maculisque latioribus et saepe inter se varie confluentibus, apicis macula minuta, magnitudine infra Mel. bivulneram, frequens occurrit; contra abest descripta prior, quae Germanicae simillima est.

E 8. *MELOE* SPLENDIDVLA;

Tab. E. Fig. 8.

Alata, coerulante atra, pubescens, elytris luteo - fasciatis maculatisque.

Parvula, sed elegans species in regionibus transbaïcalensibus, praesertim Dauuria, frequentissime in plantis et floribus, cum M. speciosa occurrit.

DESCRIPTIO.

Minuta, statura M. bivulnerae, et magnitudine fere aeque variabili. Variabilis etiam elytrorum pictura. Totius *color* coerulante ater, sericeus, nitidus, tenui lanugine nigra obumbratus. *Elytra* plerumque (ut in *Figura* 8. nostra, quae summam speciei magnitudinem exprimit) posterius fasciis binis latis, flavis signata, quarum prior ad margines non perducta, antrorsum, altera retrorsum arcuata, unde aliis dilatatae medio inter se confluunt in aream ephippii specie. In quibusdam accedit macula ad singuli elytri basin orbicularis. At in non paucis flavedo ita diffluxit, ut tantum supersint maculae elytrorum nigrae, dispositae fere ut in M. sericea: nempe dorsales 2. communes, utrinque 2. laterales, majores et apex elytrorum totus niger, cum ora laterali.

E 9. *MELOE* SPECIOSA;

Tab. E. Fig. 9. a. b.

Alata, coerulante atra, pubefcens; elytris fubcoccineis, maculis punctisque fericeo - atris.

Meloë feftiva PALL. *itin. II. append. p. 721. n. 54. var. α.* GOETZE *entom. I. p. 702. n. 6.*

Pulcherrima haec fpecies Iunio in campeftribus ad Irtin abundat, in Robinia praefertim Halodendro, dein Rofis, Aftragalis et Meliloto. In Dauuria major, hirfutior, colore fubdiverfa, varios frequentat flores, non minus crebra.

DESCRIPTIO.

Vulgo M. vefìcatoria craffior, et dauurica (*Fig.* 9. *b.*) ad maximas hujus generis accedit. *Forma* ftrictior *mafculis.* *Antennae* longiufculae, extrorfum craffiores. *Corpus* praeter elytra totum, cum fericeo-viridi, vel fubcoerulante nitore atrum, lanugine fufca dauuricis, canefcente ad Irtin lectis. *Thorax* verfus fcutellum leviter impreffus. *Elytra* fubcompreffa, modo laete coccinei fed pallidioris, modo lateritii coloris, maculis atris, vix fericeo - nitentibus, minufculis, conftantibus nifi magnitudine et quod fubinde in fafcias cohaerefcant. — In fingulo elytro *macula* ad bafin oblonga, lateralis et rotunda futuralis a fcutello remotior; tres in medio, quarum futurae proxima minor et duae fubcohaerentes, quae faepe in maculam transverfam, margini adhaerentem confluxerunt; puncta denique duo verfus apicem nigro - marginatum. Atque haec diftincta omnibus; contra maculae ad bafin et in medio in dauuricis fubinde in duas fafcias coalitae.

Dauurica (*Fig. b.*) hirfutior, nitore ex coerulo, atro conftanter differt; Irtinenfis virefcente fplendidula (*Fig.* 9. *a.*). In alpinis frigidis Dauuriae dantur paulo minores, degeneres, elytris pallidioribus, maculis minutis, pluribus faepe oblitteratis, ita ut quibusdam tantum fuperfit punctum axillare, futurale, macula parva medii marginis et punctum minutum extremitatis exterius. Apex elytrorum his vix extima ora nigret.

E. 10. *MELOE* SERICEA;

Tab. E. Fig. 10.

Alata, ſericeo - vireſcens, lanuginoſa, elytris coccineis dorſo pallidioribus, maculis ſubconfluentibus margineque nigris.

Meloë feſtiva, variet. *β.* PALL. *itin. II. p. 721.*

Ad Irtin cum praecedente promiſcue et copioſiſſime, eodemque tempore in iisdem plantis obſervatur. Copula tamen ſemper diſtincta, et in Dauuria ulterioreque Sibiria plane deeſt.

DESCRIPTIO.

Praecedente triplo minor, ſtrictiorque, plane cylindracea, capite paulo majore. *Facie*, colore ac forma thoracis et antennarum adeo ſimilis, ut alterum ſexum diceres, niſi in utraque ſpecie diverſi ſexus convenirent, conſtantibus differentiis.

Thorax huic aequalis, ſubinde puncto gemino obſolete impreſſo. *Elytra* anguſtiora, nitidiora, intenſius coccinea, plerumque ſecundum ſuturam exſoletiora. *Maculae* eodem ſitu, ac in praecedenti, ſed magis diffluentes, nitidius viridi - ſericeae, connexae limbo elytrorum undequaque nigro. *Color* corporis ſplendidior, e viridi - ſericeo ater. — Quantum a praecedente differat e collata *Fig.* 10. noſtra facile apparet.

E 11. *MELOE* CALIDA;

Tab. E. Fig. 11.

Alata, pubeſcenti - atra; elytris latiuſculis croceis, baſi punctis geminis, maculisque duabus reniformibus nigris.

Chryſomela Cichorii HASSELQVIST. *itin. p. 449. n. 101.* (vere haec!)

In maxime auſtralibus ad Volgam et Iaïcum circa Centaureas et Echinopodas florentes non infrequens. Minor et macula poſtica ſaepe oblitterata, alias ſimillima, in Sibiriae orientalis, Dauuriaeque calidioribus occurrebat. LINNAEI Meloë cichorei certe non eſt haec, licet HASSELQVISTIVM citet.

DESCRIPTIO.

Saepe ad maximas ſtatura accedit, transverſo pollice major; ſed inconſtans magnitudo. Praeter clytra, tota aterrima, nigraque lanugine pubeſcens. *Antennae* paulo longiores extrorſumque craſſiores, quam in ſubſequente, alias ſimillima; Corpus etiam huic craſſius. *Elytra* extremo latiora, magis compreſſa, nec quidquam dehiſcentia, intenſe lutea, nunquam apice vel margine nigra. *Puncta* verſus baſin elytrorum quatuor transverſo ordine; macula reniformis in medio ſinguli elytri, aliaque ſimilis poſterius, ſed ab apice valde remota, rarius in punctum et maculam diuiſa. — *Figura* 11. noſtra inſigniorem magnitudinem exprimit, quam non multo excedit haec ſpecies.

E 12. *MELOE* MELANVRA;

Tab. E. Fig. 12.

Alata, pubeſcenti - atra; elytris luteis, baſi punctis geminis, macula reniformi, apiceque nigris.

Meloë quadripunctata LINN. *ſyſt. XII. p. 680. ſp. 6.*

PALL. *itin. II. append. p. 722. n. 54. b.* varietas.

In maxime auſtralibus ad Volgam et Iaïcum occurrit, florentes Centaureas frequentans. Simillima praecedenti, ſed conſtanter macularum ſitu diverſa.

DESCRIPTIO.

Par Mel. ſpecioſae, adeoque ſecundae magnitudinis. Inſectum praeter elytra totum, etiam lanugine, aterrimum, attamen politum. *Thorax* cylindraceus et caput vix diſcretum, ut in his omnibus, quae antennas ſubclavatas habent. *Elytra* extremo compreſſiuſcula, teſtaceolutea, conſtanter macula reniformi terminali ſeu apice toto atra. In medio macula reniformis ſinguli elytri (ſaepe in duo puncta inaequalia diviſa), verſusque baſin puncta aequidiſtantia, transverſo ordine poſita ſimul quatuor, ut in pracedenti.

E 12.* *MELOE* SOLONICA;

*Tab. H. Fig. E. 12.**

Alata, pubefcenti - atra, elytris luteis, vitta punctoque bafeos, maculis 2 reniformibus, terminalique ora nigris.

In Dauuriae calidioribus fat frequens; nec fere alibi obfervata; unde, licet fimillimam duobus praecedentibus et non gravioribus criteriis, quam iftae inter fe, difcrepantem, fpecie tamen diftinguendam cenfeo.

DESCRIPTIO.

Magnitudo et *forma* apprime praecedentis. *Thorax* dorfo, puncto in medio impreffo, quod non praecedenti. *Lanugo* pectoris, femorumque certo adfpectu canefcit, quod pariter non in praecedentibus. *Elytra* intenfius lutea, verfus bafin *puncto* utrinque ad futuram, et prope marginem lateralem *fafciola* abbreviata longitudinali, a bafi defcendente; *macula* in medio reniformis magna; *altera*, puncto interius ftipata, verfus apicem, fed ab ipfo apice, cujus ora fufca, fatis remota; ut in M. calida. *Elytra* apice valde dehifcunt, ut in M. fpeciofa.

E 13. *MELOE* CROCATA;

Tab. E. Fig. 13.

Alata, pubefcenti - atra, elytris fubventricofis croceis, punctis duodecim nigris.

Meloë lutea PALL. *itin. II. app. p. 722. n. 546.* GOETZE *entom. I. p. 702. n. 7.* (exclufa Variet.)

In Sibiria auftraliore campeftri, maxime inter Irtin et Ienifeam, frequentiffima fpecies; at in Ruffia, faltem mihi, vix obfervata. Nunciavit vero nuper *Amiciff.* HABLIZL, in hortis circa Aftrachaniam faepe frequentiffimam et nocivam effe, mifitque fpecimina Sibiricis folitis minora, pulcherrime crocea. In Sibiria haec fpecies amat Haloden-

dron, Melilotum aliasque leguminofos et labiatos flores. *Oleum* geniculis, ut affines omnes, fundit flaviffimum, Coccinellae contritae odore.

DESCRIPTIO.

Praecedentibus plerumque paulo minor, et *magnitudine* admodum variat, faepe ut 1 : 3. *Thorax* obfoleta impreffione verfus fcutellum fubtripunctatus. *Corpus* latius, elytra ventricofiora, quam praecedentibus, necquidquam dehifcentia. Infectum, praeter elytra, totum cum lanugine exquifite atrum. *Elytra* intenfe crocea, fingula punctis nigris trium parium, plerumque diftinctiffimis; quorum primum a bafi remotius, fecundum paulo majus in medio, tertium par verfus apicem minufculum, ordine obliquo pofitum. In raris paria media, interdum et bafilare, fubconfluunt. In minoribus etiam puncta plerumque exigua.

E 14. *MELOE* BALTEATA;

Tab. F. Fig. E. 14.

Alata, nigra fubpubefcens, elytris luteis, bafi, puncto, fafcia media, apiceque nigris.

Ex ora cis-Gangetica Indiae fatis copiofe inter alia Infecta adfertur, et a variis inter Belgas amicis communicata fuit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo paulo fupra *Mel. variabilem* et quaedam fpecimina vix fuperant. *Forma* brevicula, fere ut *Mel. lunatae*. *Corpus* atrum breviffimo tomento lanuginofum. *Caput* valde difcretum, ob thoracem antice anguftatum. *Antennae* tantum bafi adtenuatae, caeterum craffae, apice acutiffimae. *Elytra* latiufcula, poftice fubventricofa, abdomine breviora, nec dehifcentia, lutea, *bafi* trilobato-atra, *fafcia* media lata, et *lunula* terminali in apice atris. *Atomus* niger utrinque medio inter bafin et fafciam, in minoribus evidentior; at in majoribus, qualem *Fig. E.* 14. exprimit, perexiguus.

E 15. *MELOE* OCELLATA;

Tab. E. Fig. 15.

Alata, cano - lanuginosa, elytris pallidis, punctis duodecim ocellaribus.

Meloë ocellata PALL. *it. II. app. p. 721. n. 53.* GOETZE *entom. I. p. 708. n. 5.*

In australibus aridis ad Iaïcum rarissime observata.

DESCRIPTIO.

Magnitudo et *forma* Mel. floralis. *Corpus* nigrum, cano - lanuginosum. *Pedes* testacei. *Caput* et *thorax* lanugine e cano pallida obnebulata. *Elytra* pallida, punctis in quolibet trium parium, dilutiore halone cinctis: intervallis halonum fuscescente inquinatis, unde obsolete ocellalata apparent. In postico pari punctorum interiora majora.

E 15.* *MELOE* ARABICA;

*Tab. H. Fig. E. 15.**

Alata, glabriuscula, atra: antennis subclavatis rufis, elytris luteis, basi octo - punctatis, fascia apiceque nigris.

Inter Insecta Arabica a FORSKOLEO lecta adlatam, accepi.

DESCRIPTIO.

Magnitudo proxime Mel. variabilis, sed brevior, fere glabra, tenuissimo et vix conspicuo tomento canescens, certoque adspectu toto corpore atra. *Oculi* fusci. *Antennae* valde incrassatae rufo - luteae, basi tenuiore fuscae. *Thorax* antice non adtenuatus, subquadratus. *Scutellum* nigrum. *Elytra* ochreo - lutea, subholosericea, singula *puncto* basilari paulo exterius; dein *trinis* transversim in quincuncem positis, quorum medium posteriusque reliquis majus est; tunc *fascia* paulo pone medium transversa, vix undulata, ad suturam intersecta; denique toto *apice* nigro. Caeterum vide *Fig. E.* 15.*

E 16. *MELOE* ATRATA;

Tab. E. Fig. 16.

Alata, aterrima, pubeſcens, elytris apice faſciaque poſtica flavo - luteis.

Meloë atrata PALL. *itin. II. append. p. 722. n. 55.* GOETZE *entom. I. p. 702. n. 8.*

?Meloë Gouani LINN. *additam. p. 1068. u. 11.* GOETZE *ent. I. p. 701. n. 1.*

Copioſe occurrebat ad Irtin, in Gypſophila paniculata, Dracocephalo thymifloro, Nepeta ucranica et Clematide florentibus; nec alibi per Sibiriam oblata.

DESCRIPTIO.

Diſtinctiſſima ab omnibus praecedentibus et ſine omni varietate ſpecies; conſtanti fere ſemper *magnitudine*, dimidio circiter minor Mel. variabili. *Thorax* aequalis. *Elytra* pone ſubventricoſa, compreſſiuſcula, faſcia verſus apicem undulata, maculaque in ipſo apice fulvo - luteis. Caeterum aterrima, etiam lanugine, et nitidula.

E 17. *MELOE* FENESTRATA;

Tab. E. Fig. VI. a. b.

Alata filicornis, lutea, pectore fuſco, elytris apice nigris.

Meloë feneſtrata PALL. *itin. II. append. p. 720. ſp. 47.* GOETZE *entom. I. p. 703. n. 11.*

Cum maculis (*Fig. VI. a.*) in auſtralibus ad Iaïcum, circa Saratſchik collecta fuit; ſed varietatem immaculatam in Hyrcania legit GMELINVS, eademque paulo minor (*Fig. VI. b.*) ad inferiorem Tanaïn Vmbellas Libanotidis ſatis copioſe frequentat Iulio. Genicula oleiflua.

DESCRIPTIO.

Magnitudo ſaepe paulo infra praecedentem. *Facies* et *antennae* Cantharidis; *thorax* latiuſculus, ſuborbiculatus convexus, ſtria impreſſa

longitudinali. Infectum totum teftacco - luteum, glabrum. *Pectus* fubpubefcens, bafis abdominis in medio, oculique nigra; *antennae*, tarfique *pedum* fufci. *Elytra* magis gryfea, apice femper nigra: at in orientaliore varietate, quae Tanaenfe paulo major eft, *maculae* infuper in fingulo elytro duae quadratae nigrae.

Fig. 17. *a.* Varietatem Iaïcenfem maculatam, *VI. b.* Tanaënfem, minorem, immaculatam refert.

E. 18. *MELOE* QVADRIMACVLATA;

Tab. E. Fig. 18.

Alata, filicornis atra, elytris luteis, nigro bimaculatis.

Meloë quadrimaculata PALL. *itin. II. app. n. 47.* GOETZE *entom. I. p. 703. n. 12.*

β. Meloë bimaculatus LINN. *fyft. XII. p. 680. fp. 9.* (Varietas bipunctata). Pyrochroa bimaculata DEGEER. *inf. V. p. 22. tab. 1. fig. 18.*

In auftralibus Ruffiae totiusque Sibiriae occurrit Iunio, frequens in Centaurea Scabiofa et Spiraeis florentibus. *Oleum* e geniculis ftillat more congenerum, odore coccinellae contritae.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Cantharidis fufcae, nifi brevior; dantur autem multae ftatura pygmeae. *Facie* magis, quam reliquae congeneres, ad Cantharides accedit; Capite tamen difcreto, poftice angulato fubcordato ad Meloïdes pertinet, ut et thorace elytris multo anguftiore, depreffiufculo. *Corpus* totum aterrimum, glabrum, nitidum, folo pectore fubpubefcente. *Thorax* convexiufculus, aequalis. *Antennae* fetaceae, cum pedibus nigrae. *Elytra* latiufcula, fubacuta, gryfeo - lutea, plerumque fingula maculis duabus fubquadratis, una pone alteram, aequidiftantibus.

Quibusdam, praefertim minoribus, maculae femi - oblitteratae, parvulae; ut priorum loco faepe vix litura fuperfit. Interdum defunt omnes maculae, fuperftite litura poftica, ut in M. necydalea; quam *Varietatem* LINNAEVS et DEGEER defcripfiffe videntur. Denique in

Dauuria extrema minutum legi ſpecimen, elytris plane immaculatis. — Perfectiſſimam faciem exprimit *Tabulae* noſtrae *Fig.* 18.

E 19. *MELOE* NECYDALEA;

Tab. E. Fig. 19.

Alata, filicornis atra, elytris ſubacuminatis rubris, puncto verſus apicem nigro.

Meloë necydalea PALL. *itin. II. append. p. 720. n. 49.* GOETZE *entom. I. p. 704. n. 13.*

Ad Irtin fluvium aliquoties obſervata Majo; ſed ſporadica.

DESCRIPTIO.

Magnitudo et *forma* fere praecedentis, ſed caput et thorax anguſtiora, cum corpore atra. *Antennae* filiformes nigrae. *Pedes* teſtacei vel ſubrubri. *Elytra* intenſe rubra, vel ſubteſtacea, abdomine paulo breviora, apice dehiſcenti - acuta. *Litura* fuſca poſtica, non omnibus.

E 20. *MELOE* TRIVITTIS;

Tab. E. Fig. 20.

Alata coeruleſcenti - atra pubeſcens; elytris pallidis, faſciis ſimul tribus longitudinalibus, virente - atris.

Meloë trifaſcis PALL. *itin. II. append. p. 721. n. 52.* GOETZE *entom. I. p. 702. n. 4.*

In maxime auſtralibus ad Iaïcum rarius occurrit.

DESCRIPTIO.

Magnitudo fere M. Clematidis. *Caput* et *thorax* anguſtiora, convexa, et *antennae* extrorſum craſſiores, fere ſubclavatae, ut in M. Cerocoma foemina; quo maxime differt. *Color* ſericeo - ater, cum nitore vireſcenti - chalybato, caneſcente lanugine obductus. *Elytra* gryſeo - pallida, faſciis ſimul tribus longitudinalibus, viridi - ſericeo nigris; quarum

communis *futuralis*, extremo fubcapitata, apicem elytrorum non adtingit; laterales per elytrorum medium obfoletiffime flexuofae, apicem pariter non adtingunt, mediae interdum connexae. — Diftinctas fafcias *Fig.* 20. noftra expreffimus.

E 21. *MELOE* BIVITTIS;

Tab. E. Fig. 21.

Alata filicornis aeneo - atra, elytris luteis, fafcia longitudinali obliquata, violaceo - atra.

Ad Montes altaïcos in auftralioribus occurrit rarius.

DESCRIPTIO.

Magnitudo et *forma* fere M. Clematidis. Caput, thorax, corpus coerulefcenti - nitida, atra, tenuiffima fuperinducta lanugine canefcente. *Pedes* extremo picei. *Elytra* gryfeo - lutea, fingula fafcia longitudinali violaceo - atra, poftice emarginata, apicem non adtingente, antrorfum verfus axillas obliquata, acuta. Vide *Fig.* 21.

E 22. *MELOE* MAVRA;

Tab. F. Fig. E. 22.

Alata, filicornis, atra glabra, elytris gryfeo - flavis immaculatis.

Meloë algiricus LINN. *fyft. XII. p. 681. fp. 11.*

Mylabris immaculata FABRIC. *entom. append. p. 826.*

Mihi inter Infecta capenfia bis transmiffa fuit per amicos in Belgio; videtur itaque per Africam univerfam extenfa effe fpecies.

DESCRIPTIO.

Magnitudo Mel. veficatoriae, fed magis cylindracea. *Corpus* glabrum, atrum. *Caput* vix difcretum a thorace, fuborbiculari convexo. *Antennae* extrorfum paulo craffiores, praefertim articulo terminali ob-

longo - acuto. *Pedes* tarſis ſolito longioribus. *Elytra* convexa, apice ſubdehiſcentia, gryſeo - flava, immaculata. Vid. *Fig.* 22.

E 23. *MELOE* BIVVLNERA;

Tab. E. Fig. 23.

Alata, ſericeo - coeruleſcente atra, elytris macula poſtice ſuturali fulvo - lutea.

Attelabus bimaculatus PALL. *itin. I. append. p. 466. n. 45.* GOETZE *en. tom I. p. 423. n. 3.*

Cantharis parva viridis, elytris ad apicem maculis 2. flavis rhombeis LEPECHIN. *it. I. tab. 16. f. 11. p. 509.* GOETZE *ent. I. p. 542. n. 2.*

Minuta ad Volgam copioſa, paulo major ad Irtin; at magnitudinem *Mel. atratae* aequans, imo ſuperans, ad Ieniſeam occurrit. Viget Iunio, ſimul cum Mel. variabili, florali, pluribusque affinibus. Ad Irtin in Aſtragalo auſtriaco, ſimul cum Mel. albivitti abundat.

DESCRIPTIO.

Magnitudo ſumma, quam *Fig.* noſtra 23. exprimit; ſed ſuperat vulgo, numerus minorum, immo occidentales vix Dermeſtem violaceum aequant. *Tota* tenerrime pubeſcens et ex atro - cyanea, vel obſcure viridi ſericea. *Elytra* ejusdem coloris, ſingula macula oblongo - ovali, fulvo - lutea, poſtice ad ipſam ſuturam. *Antennae* ſubclavatae.

E 24. *MELOE* CAVCASICA;

Tab. E. Fig. 24.

Alata filicornis, atra; thorace tereti, elytris fulvis tripunctatis.

In arboretis circa Caucaſum obſervata rarius.

DESCRIPTIO.

Omnibus congeneribus gracilior et magis cylindracea; Attelabo formicario vix major. *Caput*, *thorax* ſuburceolato - cylindraceus, et

corpus aterrima, polite glabra. *Antennae* longitudine elytrornm vel longiores, setaceae. *Pedes* longiusculi, tenues. *Elytra* convexa, fulvo-lutea, singula punctis duobus versus basin minoribus, majorique pone medium. — Inspiciatur *Fig.* 24.

E 25. *MELOE* CLEMATIDIS;

Tab. E. Fig. 25.

Alata filicornis, aeneo - atra, pubescens; elytris gryseo-lutescentibus immaculatis.

An Meloë algiricus LINN. PALL. *itin. II. append. p. 720. n. 51.*

Meloë Clematidis GOETZE *entom. I. p. 701. n. 3.*

In campis torridis ad Irtin, supra Clematidem orientali affinem, acerrimam, Iunio pascitur, minus tamen frequens, et aliis locis nunquam visa.

DESCRIPTIO.

Meloïdi Crambes *magnitudine* et *forma* simillima, tota tenuissime pubescens; attamen politissime chalybato - atra, subcyanea cum splendescentia. *Pectus* lanugine incanescit. *Thorax* supra inaequalis. *Elytra* gryseo - lutea, flexilissima, immaculata. *Figura* 25. exactissima est.

E 26. *MELOE* CRAMBES;

Tab. E. Fig. 26.

Alata filicornis, sericeo violacea; thorace rufo, subdidymo, pubescente.

Meloë syriacus LINN. *mus. reg. p. 102. syst. XII. p. 680. sp. 4.*

Meloë alatus violaceus, elytris adtenuatis, thorace rubro hispido GRONOV. *zoophyl. II. n. 620.*

In australioribus regionibus inter Tanaïn et Volgam, in Crambe, quae Tataria hungarica CLVSII, florente abundat initio Iunii; alibi nusquam visa. GRONOVIVS e Bohemia habuit.

DESCRIPTIO.

Noftratibus *magnitudo* circiter Meloïdis Cerocomae; fed dantur paulo majores, itemque minores, aliquae vix fupra Cantharidem fanguineam. Infectum totum, praeter pedes nigros et elytra, tenuiffime pubefcit. *Caput* nigrum vix chalybatum. *Antennae* filiformes, extremo articulo vix craffiore. *Thorax* obfolete ruber, nitidus, poftice fubdidymus, medio difci lacuna impreffa. *Corpus* violaceo - nigrum. *Elytra* mollia, nitidiora, violaceo - fericea. *Figura E* 26. optime expreffa eft.

E 27. *MELOE* ERYTHROCYANA;

Tab. E.' Fig. 27. a. b.

Alata filicornis; capite, thorace bipunctato, artubusque rubris, elytris violaceis.

PALL. *itin. II. p.328.* (male pro Mel. fyriaca recenfita).

In lucis et graminofis calidis ad Iaïcum, Volgam et Tanaïn auftraliorem, maximeque ad Caucafum initio Iunii occurrit, Vicias Lathyrosque rodens.

DESCRIPTIO.

Omnium alatarum in Europa *maxima*, duplo faepe major M. veficatoria; et maximis hujus exemplis nunquam inferior, quae minima. Fere glabra, *lanugine* pectoris paene inconfpicua. *Caput* fubdidymum, antice coccineo - rubrum, fed ore, cum area oculos ambiente, pofticaque facie, quae thoracem refpicit, piceum. *Antennae* rubro - teftaceae, filiformes, extrorfum vix craffiores. *Thoracis* clypeus convexus, coccineo - ruber, nigro - marginatus, fupra punctis 2. impreffis nigris. *Elytra* violaceo - fericea, interdum virefcentia. *Corpus* atrum nitidum. *Pedes* longiufculi, teftacei, geniculis fufcis.

Fig. 27. *a.* Infectum majoris ftaturae a dorfo, 27. *b.* a latere vifum fiftit.

SCARABAEI.

Tab. I.



D. R. Nitschmann del.   J. Nussbiegel sc.

SCARABAEI, CURCULIONES. Tab. B.




D. R. Nitschmann del. J. G. Sturm sc.

TENEBRIONES. Tab. C.



D. R. Nitschman del. I. G. Sturm sc. Norimb.



D. R. Nitschmann del. I. G. Sturm sc.

MELOIDES. *Tab. E.*



Ioh. Nußbiegel sc. Norimbergæ.

CERAMBYCES cet. Tab. F.



D. R. Nischmann del.

